47116/B

STOERCK

ANTON L. B. DE STÖRCK,

Domin. in Jetelſee, Auguſtiſſ. Imperator. a Conſil. Aulic., Archiatror. Comitis, Stud. Medici, atque Inclitæ Facultat. Medic. Vindobonenſ. Præſidis, ac Director. perpetui. Per univerſ Auſtriæ Provinc. Protomed. Noſocomii Pazmannian. Phyſic., Cenſ. Cæſ. Reg. Aſſeſſ. Societat. Edimburg., Botan. Florent., Med. Pariſin., Academ. ſcient. Neapolitan., Scient. Acad. Natur. curioſor., Degli Agiati di Roveredo Membri &c. &c.

PRÆCEPTA MEDICO-PRACTICA

IN USUM

Chirurgorum caſtrenſium & ruralium Ditionum Auſtriacarum.

e Lingua Germanica in latinam verſa.

PER

JOANNEM MICHAELEM SCHOSULAN

Medicinæ Doctorem Vindobonenſem, & ejusdem Facultatis medicæ p. t. Decanum.



TOMUS I.

Ed io altera aucta.

VIENNÆ AUSTRIÆ 1784.

Apud Fridericum Auguſtum Hartmann.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PRÆFATIO AUTHORIS.

In omni republica bonis inſtructa legibus unum ex præcipuis negotiis nullo non tempore exiſtimatum fuit civium ſuorum proſpicere ſanitati: quantum enim horum increſcit numerus aut decreſcit, tantum & illa viribus augetur aut minuitur.

Prorſus non exiſtère aut per morbum negotiis civilibus minus aptum eſſe nullum involvit diſcrimen, cum in omnibus ſanitas poſcatur.

Quantum hæc veritas omni ævo cuique ſapientiſſimis legibus ſancitis

claræ illuxerit reipublicæ, patet ex optimis pro ſanitate civium ſuorum conſervanda factis inſtitutis, quibus profecto longe clariora quam ſuperſtructis tot hoſtium enecatorum cadaveribus trophæis monumenta poſteritati reliquerunt.

Verum tamen utut optima hæc, in quæ tanto humano generi amiciſſimo ſtudio ferebantur, eventus interim votis non ex omni parte reſpondit.

Maximam quidem operam contulere, nullis pepercere ſumptibus, ut conſtitutionibus publicis pſeudo-medicos & agyrtas de ſuis proſcriberent terris, ſanitatem ſuorum civium incolumem præſtarent, eamque non niſi viris, qui ſcientiæ ſuæ non ardua minus

nus, quam præclara dediſſent ſpecimina, curæ committerent: attamen hauriendam inde utilitatem ruri degentes a civitatibus præcipuis Medicorum ſedibus remotiſſimi experiri vix poſſunt.

Maxima igitur agricolarum & militum pars, quorum conditio præcipuum quoddam jus ſibi vindicat, ea clementia vel minime perfruitur. Utrumque tamen hoc hominum genus multiplices experitur morbos, in quibus plerumque in Chirurgorum manus incidit.

Quid hac in re ſupereſt remedii? quam chirurgos in re medica tantum erudire, quantum opus erit, ut in morbis frequentiſſime occurrentibus auxilium ferre valeant.

Dudum hanc corde gerebam intentionem & ſane maximas gratias debemus AUGUSTISSIMIS NOSTRIS, qui ut primum illam proponerem, pro innata SUA in ſubditos benevolentia voti mei me compotem facere non defuerunt.

Humanitatis hujus prorſus ſingularis opus & qua infimos etiam filiorum ſuorum complectuntur, benignitatis ſpecimen eſt novæ illius cathedræ conſtitutio, ex qua chirurgis primo ſcitu ſumme neceſſaria medicinæ dogmata in lingua noſtra patria exponuntur, dein vero hauſtæ jam ſcientiæ exercitium ad ipſos ægrorum lectulos commonſtratur.

Non

Non omnibus interim tum ab ur-be hac noſtra nimium remotis, tum aliis negotiis impeditis hoc beneficio perfrui licet, qui tamen non minus ac cæteri promererentur.

His argumentis permotus, quæ manibus tenes præcepta, publici juris feci.

Regulas conſcripſi practicas iis etiam profuturas, qui hauſta antea docentis ex ore præcepta medica memoriæ eo melius imprimere cupiunt.

Jam vero, quorum in gratiam hæc collegi, iidem mihi adhuc ſunt commonendi, ſingula hujus libri capita in ordine non modo ſemel ſedula lectione pervolvant, ſed ſumma etiam

attentione perlecta ponderent: qui unam alteramve duntaxat pagellam vago tantum percurreret oculo, a ſcopo longe aberraret.

Cum vero chirurgos in ſua arte probe eruditos ante oculos haberem, omnem medelam, quæ in morbis externe admoveri conſuevit, ſilentio præterii.

Doſes medicamentorum exceptis iis in morbis infantum exhiberi ſolitis attemperavi hominibus adultis & robuſtis, ut adeoque eas ægrorum ætati, ſexui, viribus accommodare ſane chirurgi judicio commiſſum ſit.

Neque male me facturum putavi plura ejusdem generis & ad eundem ſco-

ſcopum colliminantia addere medicamenta, concepta enim ſemel ægri a medicamento ſæpius repetito nauſea aliæque circumſtantiæ multiplicem hanc veritatem reddunt neceſſariam.

Compoſitiones quorumdam medicamentorum ex Pharmacopœa Auſtriaco provinciali nunc quoque in germanicam linguam verſa depromptæ ſunt.

Libri hujus uſus, ut redderetur major, occurrentia quævis in hoc opere medicamenta in quasdam claſſes ſub finem digeſta ſunt, addito indice univerſali, in quo omnia cujusve morbi notatu digniſſima collecta haberentur.

Illos vero, quorum in gratiam hoc opus conſcriptum non fuit, ſiquidem perlegant, eundem, ut ſibi proponant finem, vellem, quem ego conſcribendo animo expenderam.

Scripſi nempe caſtrenſium & ruralium per provincias noſtras Auſtriacas chirurgorum commodis, ex quo, cur quædam non niſi breviter, quædam omnino non pertractaverim, ratio patet, ſed & inde ſimplex & incomptum ſcribendi genus repetendum eſt multique noſtris terris uſitati termini profiċiſcuntur.

Edito hoc opere multis, ut opinor, rebus proſpexi, omnibus me proſpexiſſe rebus minime exiſtimo: nequaquam vero Chirurgus, qui hæc

etiam

etiam intime noverit, Medici officio omnibus in rebus ſe fungi poſſe arbitretur, longiſſimo enim a ſcientia medica ſane quam vaſtiſſima remotus eſt intervallo, quid multum? Medicus omnino non eſt.

Nihilo tamen ſecius, modo debitis animi dotibus prædititus ſit, ſi ea, quæ hic præcepta habentur, opere ipſo exercuerit, de horum efficacia & optato inde ſucceſſu propria experientia toties convictus fui.

Illuſtre conatuum meorum proemium me retuliſſe exiſtimabo, quod ipſum me ad proſequendos in omne tempus labores non mediocriter exhortetur, ſi ſuſcepto hoc labore exſpecta-

ſpectationi Benigniſſimorum Principum & ardenti deſiderio me pro virili mea parte ſaluti hominum plurimum conſecrandi ſatisfecero.

PRÆ-

PRÆFATIO EDITORIS.

Cui pretium hujus operis intrinſecum & dignitas materiei optime pertractatæ ignota non ſunt, facile patebit, quam juſto hoc ab omnibus deſideretur, intelligique mereatur.

Præcepta quidem chirurgorum in uſum intitulatur, Medicorum tamen neminem his omnino carere poſſe exiſtimo.

Sed quantus eſt numerus eorum etiam in provinciis noſtris Auſtriacis vicinisque nobis regnis, qui, quia linguam germanicam parum aut prorſus non callent, ſalutari hujus uſu perfrui nequeunt.

An igitur non opus gratum & ſumme utile præſtiti, dum hæc ex verna-

nacula noſtra in latinam, quam tanquam linguam ſuam maternam nemo Medicorum ignorat, pro viribus meis transferre contendebam?

Nolim, quis perpolitum artis coloribus me elegiſſe vertendi genus arbitretur, obvio potius ac vulgari, ne quidquam ab Authoris mente diſceſſero, in rebus tractandis uſus ſum ſermone.

Taceam multiplicem uſum omni ex parte ex hoc opere hauriendum, quod ſi ſolum Medicinæ Tyrones partim quod germanicam linguam ignorent, plurimum vero, quod optima practica morborum ſigna, quod veram & genuinam medendi methodum addiſcant, fructum, quod nullus dubito, exinde hauſerint inſignem, aptatum adſecutus ſum finem.

ALTE-

ALTERA

EDITORIS PRÆFATIO.

Optarunt permulti, ut altera in editione ſingulum poſt morbum indicatæ ponerentur formulæ.

Petitioni huic lubens ſatisfacere volui, ſinguloque morbo ſecundum ſui decurſum adnexi formulas. Notandum ſimul venit, quod hac in editione addita ſit Hiſtoria Rabiei caninæ &c.

Si

Si inde aliquid utilitatis, commodique diſcentibus præſtiti, gaudebo.

Cæterum conabar, ut hæc editio omni in pagina correcta in lucem prodiret.



INTRODUCTIO.

Quælibet tam interna, quam externa corporis humani pars ſuum habet uſum ſuamque ſibi propriam vindicat functionem.

Si ſingulæ harum partium perfectæ ſunt functionesque facile, libere & conſtanter peraguntur corpus SANUM eſſe dicitur.

Qui ſanus videtur, animo eſt hilari & ad ſua officia exercitiaque corporis peragenda continuo aptus pronusque; omnes ſui corporis partes æquabiliter calent & flexiles

les ſunt; facies ejus ſerena & juxta varium clima colorata varie; oculi vivaces & nitidi; lingua humida, rubra puraque eſt; ſenſus interni rite & acute exercentur; excretiones debito ſuccedunt modo; denique reſpiratio facilis, placida, æqualis; pulſus liber, magnus, tardus, æqualis; ſomnus tranquillus atque refocillans in illo deprehenditur.

Quamprimum autem aliqua harum functionum a conſueto abludit tramite, aut non debita cum facilitate, oblectamento & conſtantia peragitur, notabiliterve impeditur vel læditur, MORBUS adeſt.

Nemo igitur veram rectamque habebit morbi cognitionem, ſed ignorabit ſemper, quæ & quantum functio a ſtatu ſuo naturali ſanoque receſſerit, quæve pars læſa aut qua ratione læſa ſit, niſi prius ſufficientem ſtatus ſani cognitionem ſibi comparaverit; qui vero morbum non cognoſcit, multo minus eum curare noverit.

Imprudenter ergo agunt ii, plurimumque ſua periclitantur vita, qui eam ignaris medicaſtris concredere non verentur.

Quo

Quo gravius aderit impedimentum, quo major læſio, quo plures & ad vitam magis neceſſariæ læduntur functiones, quo vehementiores cauſæ, quo pejora fuerint ſymptomata, eo vehementior periculoſiorque erit morbus.

Morbi acuti valde & periculoſi ſua vehementia in longum excurrere nequeunt, ſed neceſſum eſt, ut intra breve temporis ſpatium aut in melius ſanitatemque aut in pejus & ipſam mortem mutatio contingat.

Quapropter medicus in hiſce circumſtantiis mox efficaciſſima exhibeat remedia, ut jamjam ſubcumbentibus naturæ viribus proſpiciat: tunc enim omnis mora quam maxime nocet; remedia levia nihil proſunt, præſtatque in caſu ſumme periculoſo anceps tentare remedium, quam ægrum fato ſuo relinquere aut minus efficacibus torquere remediis.

In levioribus attamen caſibus perſæpe tota curatio naturæ tuto relinqui poteſt, atque tum ſolum adjuvanda venit, cum hæc a via recta deflectit aut non ſufficientes poſſidet vires.

Si hujusmodi leviores morbi validis tractentur remediis, ut ſimul & ſemel tollantur aut abbrevientur, ut plurimum contrarium evenit, natura enim perinde turbatur morbusque exaſperatur prolongaturque, vel tali ratione male conſulitur ægro ita, ut non raro mors exinde contingat.

Pari ratione multum multumque nocens & enecans eſt illa præconcepta opinio, qua nonnulli omnem morbi curam ab emeticis, purgantibus, ſudoriferis aut venæſectione inchoandam ſtatuunt; oportet enim ſedulo prius ſymptomata cauſamque morbi indagare & demum his proportionatam inſtituere curam.

Pro nullo enim morbo aut morbi ſymptomate univerſalem ſemperque applicandam poſſidemus curandi methodum, quia omnis propemodum æger ſpeciale quidpiam & ab aliis ægris diverſum habet reſpectu ſuæ Idioſyncraſiæ & ſymptomatum, quamvis morbo decumbat eodem.

Morbus ex vitio partium corporis noſtri fluidarum vel ſolidarum aut ambarum ſimul trahit originem.

Con-

Conſtat enim corpus noſtrum ex fluidis æque ac ſolidis.

Fluidæ continentur ſolidis, horumque adminiculo moventur & præparantur, attamen partium ſolidarum motus requiſitus a genuina partium fluidarum conſtitutione dependet.

Ut igitur functiones corporis noſtri debite peragantur, neceſſe eſt, ut tam fluida quam ſolida bene ſint conſtituta, nam errorem in his vel illis aut in utrisque præſentem morbus ſequitur.

Quemadmodum vaſa in corpore noſtro quoad robur, magnitudinem, capacitatem, formam & flexilitatem diverſa ſunt, ita quoque patet humores, qui ea permeant, diverſos eſſe debere.

Vaſa magna, quæ ex corde & ad cor currunt, omnem tot diverſarum ſpecierum mixtionem humorum noſtrorum continent: cum permixtus ita ſanguis a corde in omnes reliquas corporis partes propellatur, neceſſum eſt, ut illa liquida, quæ vaſa minora ingredi debent, facile a reliquis ſecedant, locumque ſibi deſtinatum occupent, hac ſecretione non ad leges procedente circulatio

partium fluidarum turbatur, unde diverſi exoriuntur morbi.

Si igitur humores noſtri viſcoſi, tenaces glutinoſique ſint, tale quid contingit.

Quod ſi vero tenues, aquoſi & diſſoluti fuerint humores, facile & copioſe vaſa minora anguſtioraqne ſubeunt, ſimul enim tales ingrediuntur humores, qui in vaſis majoribus coerceri debuiſſent.

Unde fit, ut ſæpius effuſiones in cava corporis diverſa contingant, ita & copioſus ſudor, leucophlegmatia, tumores, obſtructiones, indurationes, tandemque inflammationes mali moris habeantur, quæ facile in gangrænam & ſphacelum abeunt, ſemperque fere mortem adferunt, quod toties in febribus putridis, malignis, peſte, ſcorbuto, morbisque venereis videre eſt.

Unde requiritur, ut noſtri humores debite ſint elaborati, omniquè acrimonia careant, alias requiſita corporis noſtri nutritio impeditur, atque ſic ſenſim & ſenſim humorum degeneratio propullulat.

Acres autem humores tam internas quam externas corporis noſtri partes ſolidas arro-

arrodunt, & mala cauſant non raro periculo plena, imo irreparabilia.

Etſi vero tale quid non ſemper contingat, nihilominus ſolida multum vellicantur, irritantur, unde ſæpenumero vehementes dolores, ſpaſmi, convulſiones, inflammationes, febres morbique variæ & malæ indolis aut multum pertinaces inſurgunt.

Quævis acrimonia ſpecialis noſtrum corpus propria ſibi & ſingulari actione afficit, ſic acre varioloſum febrem ſui nominis excitat gignitque variolas, alia morbillos, urticas alia, hæc ſcarlatinam, illa miliaria vel petechias producit, alia demum ſcabiem, ſcorbutum, luem veneream &c. generat.

Morbos igitur ex fluidis noſtris oriundos innumeros eſſe patet.

At non pauciora ſunt mala, quæ a ſolidis noſtris ortum ducunt.

Partes ſolidæ ſunt inſtrumenta, per quæ omnis corporis noſtri motus functioque abſolvitur omnis.

Si ergo hæc inſtrumenta rigida nimis aut mollia, magna aut parva, anguſta aut ampla, irritabilia nimis aut inſenſibilia, non

flectenda, male conformata aut prorſus læſa fuerint, tunc quoque functiones corporis noſtri impediri, retardari, lædi, multaque mala ſequi debere intelligitur.

Morbi partium organicarum ſæpius inſanabiles ſunt, plerumque etiam difficilius quam ipſi humorum morbi curantur.

Ut cujusdam morbi magnitudo periculumque recte cognoſcatur, cuncta ſigna & obvenientia ſymptomata bene conſiderare & perſcrutari oportet; poſtea hæc cum ſignis & ſymptomatibus ſtatus ſani in comparationem ducere convenit: facta hac comparatione judicium ferri poterit atque apparebit, quantum morbus a ſtatu ſano recedat, quanta adſit læſio, quanta periculi inſtantis magnitudo.

Prognoſis in morbis acutis utplurimum dubia & incerta eſt, quia in hiſce ſubitæ ſæpe & inopinatæ contingunt mutationes, per quas nonnunquam ſanitas redit ægris, de quorum ſalute ob vehementia & periculoſiſſima ſymptomata deſperabatur. Contra nonnulli ſubito necantur, de quorum ſalute nequidem dubitatum erat.

Quare

Quare in his morbis quoad prognoſim caute omnino procedendum eſt, nec enim indulgere nimium, nec omnem ſine ratione ſufficiente ſpem abjicere oportet.

Si plura periculum minitantia adſint ſymptomata, omnium primo illi ſymptomati, quod actiones vitales plurimum vitiat, conſequenter maximo periculo ſtipatur, auxilium ferendum eſt.

Quod ſi vero in aliquo morbo nec cauſæ nec morbi natura adhuc nota & perſpecta ſint, neceſſum erit, ut ſymptomata hic obvenientia cum aliorum jam notorum morborum ſymptomatibus comparentur, curaque ſic inſtituatur, uti in morbis huic ſimillimis fieri conſuevit.

Omnis res phyſica ſive in fluidis ſive in ſolidis corporis noſtri vitium aut præternaturalem cauſans mutationem, ut inde functiones lædantur, turbentur, impediantur, CAUSA MORBI appellatur.

Quo vehementior, maligniorque hæc cauſa exſtiterit, eo vehementiora pejoraque erunt illius morbi ſymptomata.

Interim non raro graviſſimi imo incurabiles oriuntur morbi a cauſis etiam levio-

ribus, ſi cauſæ hæ in principio, ubi facilem adhuc medelam recepiſſent, non rite cognitæ aut parvi factæ aut prorſus neglectæ fuerunt.

Aër omni animali viventi ad ſui conſervationem abſolute neceſſarius eſt, quo purior & renovatus ſæpius fuerit, eo magis ſanitati conducit.

Mutationes aëris ſubitæ maxime nocent; hinc ſi longum & diuturnum calorem ſubitum excipiat frigus præcipue humiditate conjunctum, graves & periculoſi naſcuntur morbi, qnalis catarrhus, angina, tuſſis, pleuro-peripneumonia, arthritis, febris acuta &c. ſubitus vero calor cephalalgiam, vertiginem, apoplexiam, hæmoptoën &c. generat. Calor humidus laxat partes ſolidas, fluidas diſſolvit & ad putredinem diſponit, unde ſæpe febres malignas, putridas, ſcorbutum &c. producit.

Homines loca humida, paludoſa inhabitantes plerumque pertinacibus intermittentibus febribus, ſcorbuto, hydrope &c. laborant.

Aër diu incluſus, verbo non renovatus ſæpe ſubito necat, hinc caſus non raro lugemus

gemus triſtes, dum minus circumſpecte coemeteria, fodinæ, cellaria, fontes, ciſternæ &c. aperiuntur; pari ratione nocent exhalationes ſubitæ cellariorum, in quibus magna muſti fermentantis quantitas incluſa eſt, ita & fumus ſulphuris & locorum ſubterraneorum halitus.

Sanitas cibo & potu diu carere non poteſt, his enim cuncta, quæ per non interruptas corporis actiones & excretiones deperduntur, in corpore noſtro reſtitui debent.

Requiritur ergo, ut quotidie ob nutritionis neceſſitatem ſufficienti copia cibus potusque ingeratur.

Utprimum vero ventriculus cibis etſi ſanitati convenientiſſimis, facillimæque digeſtionis nimium impletur, digeſtio horum vitiatur, variique exinde naſcuntur morbi, uti nauſea, vomitus, anxietas, cephalalgia, vertigo &c.

Cibi difficilioris digeſtionis bene conveniunt robuſtis aut validis corporis exercitiis duroque labori aſuetis: nocent autem illis, qui debilioris ſunt machinæ, parumque cor-

pus

pus movent, ſed vitam maxime ſedentariam agunt.

In ciborum igitur tam quantitate tam qualitate ratio habenda & corporis virium, exercitii & temperamenti.

Temperamentum frigidum, aquoſum, mucoſum, cibos ſtimulantes, aromaticos ſibi expoſcit, qui cibi interim nocerent temperamento calido, plethorico.

Verum tamen ratione quantitatis & qualitatis ciborum non nihil conſuetudini in corporibus ſanis indulgendum eſt, tunc enim omnia bene conducunt, quæ ex longa conſuetudine aut cum temperantia aſſumuntur, ſine noxa feruntur valideve appetuntur.

Aqua frigida, pura, curſu exercitata communem maximeque ſalubrem præbet potum, quæ tamen ſi nimium frigeat aut æſtuante corpore ingurgitetur avidius, toties peripneumoniam, gaſtritidem vel hydropem pectoris aut abdominis inducit.

Aqua ſtagnans, paludoſa, putrida peſſimas intermittentes, putridasque excitat febres, ſi itaque urgente neceſſitate impura talis in potum cederet, antequam in uſum adhiberetur, decoqui debet, cui magna

cum

cum utilitate ſub decoctione calamus aromaticus aut baccæ juniperi committuntur, vel decoctæ jam aquæ tantillum aceti adfundere convenit.

Aqua cum duodecima ſui parte ſpiritus vini permixta multum conducit poſt valida & diuturna corporis exercitia, vaſis nimium laxatis, viribusque per copioſos ſudores deperditis, hac mediante laxis partibus ſuave robur conciliatur, neque tam facile iterum de corpore per urinam & ſudorem difflatur.

Spirituoſa liquida mucoſis, phlegmaticis autve adſuetis & bene ferentibus favent, quamprimum autem immoderate ingeruntur, debilitatur corpus, tremoresque & indurationes non raro irreſolubiles & hydropes oriuntur lethales.

Quies nimia aut otium ſemper nocet, aſſumptorum enim digeſtionem, humorum circulationem, mixtionem requiſitam, præparationem, ſecretionem impedit: partes ſolidas reddit debiles & laxat, unde tumores varii, torpor, capitis hebetudo & ſomnolentia ortum ducunt.

Igitur proportionatus viribus corporis motus cuilibet eſt inſtituendus, qui tamen

nec

nec diu nimis durare, nec corpus debilitare minus adhuc copioſos aut defatigantes ſudores elicere debet.

Valida & diuturna corporis exercitia juvenibus plus nocent, quam adultis, maxime, ſi hi validis ſenſim adſueverunt laboriaus.

Moderata nec in nimis longum protracta ſæpiusque variata tam corporis quam animi exercitia hujus æque ac illius augent vires, immoderata vero utrique continuo debilitatem inducunt, etenim omne nimium nocet, & diu durare nequit.

Corpora debilia, minus ſana aut male conformata frequentius faciliusque ægrotant ſanis & bene formatis; ſæpenumero enim cauſa leviſſima magnas in corpore debili excitat turbas, qua corpus ſanum & robuſtum nequidquam afficitur.

Mala partis cujusdam conformatio, cujus fabrica naturalis ad ſanitatem illibatam requiritur, per ſe jam morbus eſt, ſæpeque inſanabilem & continuam mortis cauſam præbet.

Attamen & ii, qui debiles, valetudinarii maleque conformati ſunt, ad provectam

ſe-

ſenectutem poſſunt perducere vitam, ſi ſua tam animi quam corporis exercitia, totumque vitæ regimen ita dirigant, ut & viribus ſuis, ſuoque corpori proportionata ſint, cuncta vitent, unde detrimentum paterentur, quæ vero in bonum cedunt, ſtricte obſervent.

Præterea experientia docet ab epidemiis morbisque mali moris debiles & valetudinarios plerumque rarius quam ſanos, robuſtos præcipueque plethoricos affici.

Pluribus natura viis inſtruxit corpus, per quas ſeſe ab humoribus ſuperfluis, inutilique aut nociva materie liberet.

Per urinam ſcilicet, per alvum & perſpirationem, adde in plethoricis per hæmorrhagiam narium aut hæmorrhoides vel menſtrua in ſexu ſequiori.

Si excretiones hæ naturales & conſultæ in corpore retinentur, aut viciſſim exceſſive promoventur, varii etiam & ſæpenumero periculoſiſſimi oriuntur morbi.

Adultiores ſanitate gaudentes communiter ſemel nychthemeri ſpatio alvum deponunt, ſunt tamen non pauci, qui optima

cum

cum ſanitate omni alterno aut prorſus tertio die eam exonerant.

Urinæ quantitas, quam in ſanitate excernimus, fere quantitati aſſumptorum potulentorum proportionata eſt. Citrini aut ſtraminei coloris urina pro naturali habetur, nihilominus diverſitas ciborum, potuum, aſſumptorum medicamentorum, anni temporis, exercitiorumque animi & corporis facit perſæpe, ut urina hominis ſaniſſimi quoad quantitatem, colorem & odorem multum permutetur.

Totum corpus quamdiu ſanum eſt, continuo inſenſibiliter perſpirare debet, ſed & iſthæc inſenſibilis perſpiratio pro anni temporis tempeſtatisque diverſitate variat pro varia in diverſis hominibus idioſyneraſia, variat pro diverſo vitæ regimine.

Sani plerumque ſex vel ſeptem horis placide dormiunt, qui dum evigilant, refocillatos ſe, alacres & ad ſua officia præſtanda aptos ſentiunt, nimius autem ſomnus æque nocet ac vigiliæ protractæ.

In omni ægro bene explorandus eſt corporis habitus, exploranda ſunt vires, oculi, lingua, reſpiratio & pulſus, tandem

per-

perſcrutandum venit, quæ functio in corpore vitiata vel læſa ſit, & qua de cauſa? denique videre eſt, utrum omnes excretiones rite peragantur, an a ſtatu naturali multum abludant, nec ne?

Si mox initio facies multum collapſa & mutata ſit, multumque debilis ſit æger, malum eſt.

Si vero viribus gaudeat, mente conſtet, æquabiliter, facile, plenoque reſpiret thorace, magna ſpes affulget.

Aſt æger periclitatur, ſi continuo deliret, multum inquietus ſit, ſeſe in lecto frequenter jactitet, genua ſurſum trahat, impetuoſe lecto exſilire deſideret, manibus continuo in aëre circumvagetur & floccos carpat; aut ſi de æſtu continuo & ardore conqueratur, ſi lingua arida, fuſca, nigra, ſi reſpiratio cita, inæqualis & laborioſa ſit, ſi urina pauca, multum rubra aut mere aquoſa mingatur, denique ſi æger inſcius ſeſe ſuis conſpurcet excrementis.

In ſanis & adultis corporibus numeramus intra unius minuti ſpatium pulſus communiter ſexaginta ad ſeptuaginta uſque:

poſt

poſt paſtum & ad veſperas fere ſemper aliquomodo celeritas increſcit, in infantibus ſemper celerior quam in adultis deprehenditur.

Quo magis ergo pulſus a ſua debita celeritate & æqualitate receſſerit, eo minus naturalior, eo pejor erit prognoſis.

Nihilominus plures invenire eſt, qui optima cum ſanitate pulſum naturali celeriorem, inæqualem, imo intermittentem habent, hinc ut primum in hiſce pulſus æqualis ſimilisque naturali deprehenditur, morbus prædici poterit.

Varii pulſus a ſtatu ſuo naturali receſſus, utrum celerior, fortior, debilior, magis elevatus, plenus, tenſus, ſuppreſſus, tardus, inæqualis, intermittens ſit? per experientiam facilius quam deſcriptionem cognoſcitur.

De Febre.

Quam plurimi morbi aut febrem comitem habent, aut ipſi febriles ſunt.

Si pulſus conſpicuo aliquo tempore celerior ſit, quam in ſtatu naturali eſſe ſolet

&

& ſimul aliquæ in corpore mutationes, moleſtiæ aut alia non naturalia obſerventur ſymptomata, hic ſtatus FEBRIS appellatur.

Sunt febres aut potius febriles ſanguinis efferveſcentiæ, quæ leves admodum cauſas agnoſcunt, nec ullum involvunt periculum, vixque unum alterumve diem occurrunt, unde febres unius diei (EPHEMERÆ) nominantur, quia brevi ceſſant, nec amplius redeunt.

In corporibus debilibus & infantibus has Ephemeras ſæpius videre eſt, plerumque leni eoque levante ſudore aut urina turbida & craſſa terminantur. Nonnunquam tamen in fine harum febrium urina naturali ſimillima excernitur, & nonniſi ad fundum vitri multum copioſum rubrum ſabulum deprehenditur.

Non raro tales febres excitantur a leviori refrigeratione aut æſtuatione corporis, a ventriculi oppletione aut animi affectu vehementiori &c.

Sunt & adulti & ſeniculi, qui omni vere & autumno per unum alterumve diem delaſſationes & quaſi artuum dedolationes conqueruntur, ſitiunt, appetitu carent, mi-

nus placide dormiunt, frequentes horrores & ſe invicem excipientes calores experiuntur, ut primum vero ſudor copioſus ſuccedat, melius ſe habent, multamque turbidam & craſſam plerumque ad finem mingunt urinam, poſtea redeunt vires & ſanitas illibata reſtituitur.

Tales homines his efferveſcentiis febrilibus adeo adſueti ſunt, ut niſi hæ ſtatuto tempore revertantur, continuo male ſe habeant. Nec immerito ſibi enim perſuaſum habent hiſce corpus purgari, novasque ad injurias hyemis æſtatisque facilius perferandas renaſci vires.

Leves hæ febriculæ ut plurimum utiles & ſalutares ſunt, præſertim, ſi a nulla cauſa externa trahant originem, ſimulque mitibus concomitentur ſymptomatibus; hinc etiam raro remediis opus eſt, ſed totum negotium naturæ relinquitur; requiritur ſolummodo, ut æger in moderato & æquali calore permaneat quietus, ſimulque vitet cibos multum nutrientes, potusque ſtimulantes, interim tenui carnium jure & potu attenuante *ſub N. 1.* utatur.

Quod

Quod ſi tamen ceſſante febre continuarent oris ſordes, æger de pondere in ventriculo, deque appetitu deleto conquereretur, opus eſt uti remedio leniter purgante *ſub N. 2.* aut hujus loco æger per unum alterumve diem mane & ad veſperas ſumat pulverem *ſub N. 3.*

Verum nonnunquam plethora ephemeram cauſat maxime illis, quibus conſuetæ per nares excretiones ſanguineæ & fluentes hæmorrhoides non rite abſolvantur, retardenturve, in ſimili caſu venam ſecare oportet.

Contra vero febres continuæ ſemper vehementiores & periculoſiores ſæpeque lethales ſunt: hæ raro curantur ſola natura, ſed fere ſemper medici opem expoſtulant.

Nihilominus leviores ſimplicesque febres acutæ continuæ perſæpe absque magno periculo decurrunt, ſi levioribus de cauſis in corporibus alias ſanis beneque conſtitutis ortæ ſint, atque pertinacioribus careant ſymptomatibus.

Febris autem acuta continua eſt illa, quæ per plures dies ſine remiſſione perdurat, continuat.

Quamdiu in febre acuta continua ſymptomata multiplicantur & pejora evadunt aut æque vehementia perſiſtunt, tamdiu exitus morbi ſemper anceps & materia morbi cruda habetur.

Ut primum autem nonnulla ſymptomata mitigantur, morbusque apparenter remittit, id eſt: ſi lingua antea ſicca, arida, nunc humida ſit, pulſus non amplius tam durus, calor moderatior & levis ſubſequatur perſpiratio, ſi urina minus rubra, minus flammea ſit & brevi ad fundum vitri ponat ſedimentum &c, tunc morbus deflagrat, judicatur, morbi materies incipit coqui & ſpes felicis eventus affulget. Hinc quo citius ſimilia apparent ſigna, quo magis increſcunt & augentur, quo diutius continuant, eo brevior futurus morbus.

Quod ſi vero in decurſu morbi ſymptomata ſemper evadant vehementiora aut adhuc periculoſiora ſeſe jungant, neque ſigna coctionis vel remiſſionis ulla ſuccedant, æger in magno verſatur periculo, parumque ſpei ſupereſt.

Quamdiu igitur ſymptomata increſcunt aut æquali vehementia perſtant, morbique cru-

cruditas adeſt, omni conamine adlaborandum eſt, ut vehementia & magnitudo morbi minuatur, ſymptomata mitigentur, vires naturæ jam ſubcumbentes erigantur.

Quare, ſi evacuatio quædam per venæ ſectionem, vomitum aut alvi ſubductionem indicata ſit, mox initio & mature eam adhibere oportet, ubi morbus necdum altas fixerat radices.

Mox vero ubi ſymptomata mitigata ſunt, ſignaque apparent, quæ excretionem incipientem & morbi remiſſionem indicant, caute mercandum eſt, ne naturam in opere ſuo potius adjuvando facilitandoque validiori turbemus remedio.

Si igitur tales febres ſint regulares, nec natura per errores ægri aut adſtantium nec per medelam male adhibitam vel per inconſueta mala ſymptomata in opere ſuo impeditur, tunc plerumque certis & determinatis diebus ſubitæ obſervantur mutationes, per quas notabiliter morbus vel emendatur, vel pejor redditur.

Tempus, quo hæ mutationes contingunt, dierum criticorum nomine inſignitur, mediantibus enim his mutationibus determi-

nans ferri poterit judicium & probabile erit prædicere, an æger convaleſcet, an moriturus ſit.

Dies communiſſimi, quibus tales mutationes contingere ſolent, ſunt quartus, ſeptimus, nonus, undecimus, decimus-quartus, decimus-ſeptimus, vigeſimus-primus dies &c. ideo dies hi judicantes vel critici nominantur.

Hæ mutationes fere ſemper cum anxietate & inquietudine incipiunt, febris increſcit, cuncta ſymptomata exaſperari videntur. Verum hæ (ſiquidem ſedule obſervabatur ſignis coctionis prægreſſis inſtante die critico hanc inquietudinem contigiſſe, conſequenter eſſe ſalutare naturæ conamen, quo cum morbo certamen iniens hunc debellare, ſeque hoc malo liberare adlaborat) nullum vanum incutiant terrorem.

Si igitur ſymptomata non nimis vehementia nec adeo periculoſa autve diu perſtantia morbique magnitudini proportionata ſint, tum in medendi methodo nil mutandum, ſed iisdem hucusque applicatis remediis continuandum eſt, attentendo: utrum

nil

nil majoris momenti accidat, reliqua naturæ committenda ſunt.

Verum ſi viderentur hæc ſymptomata exorbitare aut in longius excurrere ægerque certo exponi periculo, tunc hæc ſymptomata eadem methodo, uti in morbi initio, nulla rerum præteritarum habita ratione, remediis indicatis aut depletionibus moderanda ſunt.

Brevi poſtea ſigna ſe manifeſtabunt, quibus patebit, quanam via materiem morbi expellere contendat natura.

Atque ſecundum viam hanc notam ipſa curandi methodus inſtituti debet.

Tales evacuationes plerumque abſolvuntur urina, alvo, ſudore, vomitu, hæmorrhagia narium, hæmorrhoidumque aut per menſtruam purgationem in ſexu muliebri.

Raro unica ſolummodo via utitur natura, ut plurimum per plures ſimul operatur.

Hæ evacuationes, ſi cum moderamine morbique levamine & imminutione ſymptomatum procedant, parum agendum eſt. Si vero nimiæ ſint, ægrumque debilitent, remediis convenientibus ſiſtendæ, minus juſto

autem parciores adjuvandæ & promovendæ ſunt.

Attamen non tantopere ſtudendum eſt copiæ & quantitati evacuationum quam mutationi & levamini inde orto, etenim perſæpe pauca & vix obſervabilis evacuatio magnum ſufficiensque attulit levamen, ubi nonnunquam copioſa evacuatio parum vel nihil ſolatii præbet.

Haud raro criticæ hæ evacuationes non determinato ſed alio contingunt die.

Atque tum ſolum obſervandum eſt, an has evacuationes prægreſſa fuerint coctionis ſigna? an æger exinde levatus fuerit? ſi tale quid ſalutare advertatur, mutationes hæ bonæ ſunt, de ſtatuto accidant nec ne. Si vero inde morbus redderetur pejor, tunc tales evacuationes malæ & periculo plenæ ſunt.

Frequenter etiam morbi materies non per vias conſuetas & naturales de corpore expellitur, ſed ſubito in aliam deponitur corporis plagam.

Si talis metaſtaſis aliquam ad vitam ſumme neceſſariam occupet partem e. g. caput,

put, pulmonem &c. non raro ſummum inde vitæ periculum aut cita mors imminet.

Quod ſi vero hæc morbi materies ad partes minus nobiles præcipue externas deponitur e. g. ad parotides, inquina, manus, pedes, tum facilis plerumque habetur medela, quamvis & tales depoſitiones longos depaſcentesque morbos cauſare poſſint.

Ad has externas metaſtaſes omnia exanthemata aliqua ratione referri poſſunt.

Si hæc exanthemata ægrum levent, ſymptomata mitigent, tollant, æque tam ſalutaria ſunt quam aliæ bonæ perfectæque evacuationes criticæ.

Quod ſi vero exanthemata non levent, quin potius ſtatum morbi exaſperent, ſymptomatica, mala & periculoſa ſunt.

Verum tamen in febribus acutis continuis perſæpe videre licet nec evacuationem notabilem, nec ullam obſervare metaſtaſim, ægrum tamen brevi & feliciter ſuam adipiſci ſanitatem.

Tale quid obvenit, dum medendi methodus debite inſtituebatur, morbi materies acris non erat, ſymptomata non vehementia, vires naturæ ſufficientes, materiesque mor-

morbi ita concocta, ut humoribus noſtris facile aſſimilaretur, neque turbas amplius in corpore excitare poſſet; non raro morbus inſenſibiliter per perſpirationem judicatur.

FORMULÆ.

N. 1.

℞. Flor. ſambuc.
folior. malv. aà M. jß.
conſciſſ. d. ſpecies pro potu theato.

N. 2.

℞. Rhei elect.
ſal. polychreſt. aà ſcr. ij.
m. f. pulv. pro doſi.

N. 3.

℞. Cremor. Tartar.
arc. duplicat. aà gr. xxx.
m. f. pulv. pro doſi.

De Febribus acutis continuis.

Febris acuta continua incipit cum horrore & frigore, paulo poſt ſuperveniente calore per univerſum corpus. Nonnunquam tales ægri mox experiuntur calorem, quin horrores aut frigus præceſſerint, præterea de cephalalgia, dedolatione, tenſione & pul-

pulſatione ardente in toto corpore conque- runtur; paſſim delirant, cutis eſt tenſa, calida; lingua ſicca vel alba, ſitis magna, ſomnus interruptus & inquietus, reſpiratio difficilis & celeris, urina rubra vel flammea, pulſus celer, plenus, tenſus, durus, nonnunquam inæqualis & ſuppreſſus.

Quo plura vehementioraque fuerint talia ſymptomata, eo morbus periculoſior.

Febres hæ communiter oriuntur poſt ſubitas & frequentes aëris mutationes, poſt validam & diuturnam refrigerationem, incaleſcentiam aut defatigationem corporis, poſt errores in cibis & potibus commiſſos, poſt validos animi affectus, a plethora, ſanguinis ſpiſſitudine calida aut acrimonia non cognita, per quam ſanguis incaleſcit, efferveſcit, partes ſolidæ irritantur, vibratio pulſus duplicatur & humorum circuitus acceleratur.

Cauſa morbi debite examinata, præſentibusque bene ponderatis ſymptomatibus mox curatio adhiberi debet.

Leves & ſimplices febres continuæ perſæpe jam quarto, ſæpius tamen ſeptimo finiun-

niuntur die, nec unquam ultra diem undecimum excurrunt.

Harum febrium ſymptomata pauca & mitia ſunt, levem ſolummodo ægri experiuntur cephalalgiam, ſitim non magnam, febrim paucam, linguam albam, oculos ſat vividos habent, reſpirationem vix non naturalem, urinam ſubrubram, appetitum imminutum quidem, attamen nec de nauſea nec de pondere, inflatione aut oppreſſione primarum viarum conqueruntur.

Tertia aut quarta die urina fit turbida, brevique copioſum & mucoſum ſedimentum ad fundum deponit, & ſi circa finem quarti diei ſat levans ſequatur ſudor aut alvus aut hæmorrhagia narium, tum plerumque febris jam ceſſat.

Si vero hoc die nulla talis contingat evacuatio, febris vero minuatur, tum morbus æque per evacuationes tales criticas die ſeptimo jugulatur.

Quod ſi autem febris quarta die non remittat, ſed ad ſeptimum uſque duret, undecimo die morbus terminatur.

In mitibus hiſce caſibus non multis indigemus medicamentis, ſufficit, ſi æger ter vel

vel quater pulverem *ſub N. 1.* vel mixturam *ſub N. 2.* ſæpiusque ſimul potum theatum ex floribus ſambuci & foliis malvæ ſumat, quibus ſimilibus remediis ad finem morbi usque continuandum eſt.

Verum ſi æger ſimul tuſſi & oppreſſione pectoris laboret, remedium *ſub N. 3.* erit convenientiſſimum. Hoc remedium non ſolum ſputa faciliora reddit, ſed & morbum penitus auffert.

Ergo in his febribus ſimplicibus parum eſt agendum, quod ſi vero febris pluribus gravibusque ſtipata ſit ſymptomatibus, plus laboris, induſtriæ experientiæque requiritur.

Si itaque pulſus mox initio tenſus & plenus, calorque magnus ſit, ſtatim ægro vena ſecanda, imo interdum ter, quater & pluries eadem, ſi caſus expoſtulat, repetenda eſt.

Neceſſe tamen eſt, ut inter quamlibet venæ ſectionem ſpatium aliquot horarum intercedat, ut ſic rite cognoſcatur, an celebrata venæ ſectione morbi genius emendetur, nec ne?

Hac in re judicio opus eſt, ne æger per nimias venæ ſectiones omnes amittat vi-

vires, neve his neglectis magnus nimis conſequatur morbus.

Imprudenter agunt, qui per continuas maleſanas venæ ſectiones & febrim & morbum ſimul & ſemel jugulare contendunt.

Febris enim eſt naturæ inſtrumentum, quo morbi materies coqui, coctaque de corpore eliminari debet; febris igitur ad curationem neceſſaria eſt, requiritur ſolum moderamen, ne exorbitet, neve langueat, utrumque & pulſus magnitudo & ægri vires docent.

Quare intrepide venæ ſectio repeti poteſt & debet, quamdiu æger multum calet, ſitit, bonas poſſidet vires, pulſusque notabiliter plenior, tenſior & fortior eſt, quam in ſtatu naturali eſſe ſolet.

Quamprimum vero obſervatur vehementiam ſymptomatum remittere, febremque fieri mitiorem & pulſum ad naturalem accedere, omnis omnino venæ ſectio vitari debet, niſi denuo pejora inſurgerent ſymptomata, iterumque pulſus magnus, plenus, tenſus & durus evaderet.

A prudenti febris moderamine vera & felix omnium febrium acutarum continua-

rum dependet cura, quique hoc præſtat, plurimum præſtitit, ita enim vehementia morbi infringitur & natura ſic diſponitur, ut deinceps pro maxima parte ſe ipſam juvare poſſit.

Si vero morbus ortum duxerit a cibis indigeſtibilibus aut malæ notæ aut nimia ventriculi oppletione, æger de continua nauſea, vomituritione, amarore oris, pondere ad præcordia, vertigine, anxietate &c. conqueratur, mox initio morbi emeticum *ſub Nro. 4. 5. 6. 7.* dari debet. Hæc emetica tamen hac cum cautela exhiberi debent, ut ſi venæ ſectio indicata ſit, hæc inſtituatur, antequam propinetur emeticum; multum autem facilitatur vomitus, ſi æger ſumpto emetico multum aquæ tepidæ aut potus theati tenuis deſuper hauſerit.

Dum autem æger de pondere in ventriculo, flatulentia in inteſtinis, mucoſitate oris deperditoque appetitu ſe accuſet, ſignum eſt in inteſtinis jam latitare ſaburram; in hoc caſu mox purgans ut Nro. 8. 9. 10. 11. exhibendum eſt.

Non-

Nonnunquam unum emeticum, unum purgans non ſufficiens eſt, quod intelligitur, dum altero die eadem adhuc superſunt ſymptomata, hinc novum propinare conſultum erit. Quod ſi vero æger multum debilis eſſet, aut altero die ſymptomata notabiliter remiſiſſent, poterit corpus lente depurari per frequentes clyſteres aut medicamenta Nro. 12. 13. 14. & 15. recenſita.

Verum ſi nulla adſint indicia aliquid alieni, corrupti aut indigeſtibilis in ventriculo aut inteſtinis hæſitare, a medicamentis evacuantibus abſtinendum, curaque mox aliis remediis inchoanda eſt.

Et quoniam in hiſce febribus acutis continuis ut plurimum ſanguis nimis ſpiſſus, partes ſolidæ multum tenſæ, calor & ſitis vehemens habetur, neceſſum eſt, ut ægro larga manu remedia refrigerantia, attenuantia & emollientia Nro. 1. 2. 3. 16. 17. 18. deſcripta porrigantur.

Quo calor & ſitis major, quo pulſus tenſior, quo ſanguis ſpiſſior, eo plus de his mox recenſitis potulentis ingurgitandum eſt,

eſt, cavendum tamen, ne potus hi nimium calidi aut nimium frigidi aſſumantur.

Præterea bene obſervandum eſt, an æger quotidie, an ſaltem alterno die alvum deponat, ſi non, alvus clyſmate Nro. 19. ſollicitari debet.

Clyſmata emollientia & leniter refrigerantia pariter ad moderamen caloris & febris conducunt vel maxime, ſi ſanguinis impetus verſus caput vehementior fuerit.

Si vero æger clyſmata horreret, tum ad alvum ſollicitandam præter decocta attenuantia quotidie bis aut ter ſumere poteſt pulverem *ſub Nro. 8.* aut pro potu utatur remediis, quæ Nro. 12. 14. 15. recenſebantur, ſedule tamen attendendum, ne inde nimiam & tenuem aquirat alvum, aut multum debilitaretur.

His leniter refrigerantibus, attenuantibus & emollientibus remediis continuandum eſt tamdiu, donec remiſerit, penitusque ceſſaverit febris: hac methodo febres acutæ continuæ parumper graviores feliciter curantur, ſi non inconſueta adſint ſymptomata.

Si autem peculiaria adſint ſymptomata & periculoſa, quæ pro ſua vehementia & numero febrim adaugent, ſimplex illa medendi methodus non ſufficit, ſed alia præterea remedia requiruntur.

Vehemens factis jam neceſſariis evacuationibus perſtans nihilominus cephalalgia ægro multum moleſta eſt, eumque quiete & ſomno privat. In hoc caſu fermentum panis applicetur plantis pedum mane ac veſpere renovandum. Si vero caput ſimul grave & hebes, oculi truces & ſcintillantes ſint, fermentum panis ſimplex ad procurandam a capite revulſionem non ſufficit, ſed *ſub Nro. 20.* applicetur ſinapiſmus.

Nonnullis, quibus plantæ pedum calloſæ admodum non ſunt, & delicatioris texturæ ut in infantibus & mulieribus ſæpius fermenti panis loco emplaſtrum de galbano cum effectu apponitur quotidie renovandum.

Pariter bene conducit ægro, ſi præſente valida cephalalgia ſæpius in lecto aut extra lectum ſedeat & mane ac veſpere utatur balneo pedum.

Non

Non minus hiſce clyſmata emollientia conveniunt.

Omnibus his incaſſum adhibitis emplaſtrum veſicans cervici apponi debet, ſæpius æger naribus admoveat acetum, aut eodem tempora ſibi humectet.

Nonnunquam epithemata ad frontem multum ſolatii adferunt, ſimile Nro. 1. deſcribitur.

Si tamen omnibus his inſtitutis oculi adhuc rubeant, ſcintillent, caput caleat, æger continuum in auribus ſuſurrum, vertiginem &c. experiatur, ſanguiſugæ infra aures locari & unciæ aliquot ſanguinis extrahi debent.

Etſi vero cuncta hæc exaſſe inſtituta fuere, contingit tamen perſæpe, ut cephalalgia non citius quam ipſe morbus remittat, & hæmorrhagia narium aut alvi evacuatio critica ſequatur.

Incipiente autem ægro delirare, aut continuo ſomnolento, hebeti jacente plerumque ſinapiſmus ſolus non ſufficit, ſed inſuper veſicantia ad ſuras poni & per aliquot dies ſecundum indicationem fluentia ſervari debent.

Hæc ſi nondum ſatis operentur, & levamen adferant, ſimilia ad femora, brachia applicanda ſunt.

Neque minus indicantur veſicantia, dum in diverſis faciei, brachii, pedumque partibus ſpaſtici ſubſultus ſeſe manifeſtant, nec non, ſi æger ſub morbi decurſu de anxietate & oppreſſione pectoris conqueratur, ſi cum difficultate & moleſtia reſpiret, adſitque tuſſicula, nec tamen plethora præbeat cauſam mali.

Sæpe noctes inquietæ & inſomnes tranſiguntur, ſi hæ vigiliæ ultra tertium aut quartum diem excurrunt, ægro quotidie ad veſperas *ſub Nro. 22.* porrigatur remedium.

Tale remedium ut plurimum conducit illis, qui puſillanimes ſunt, nimiumque irritabiles poſſident nervos, aut ſpaſticis frequenter laborant contractionibus.

Ab his tamen remediis abſtinendum eſt tum, cum alioquin caput multum affectum, grave & hebes ſit, ægri continuo dormitent & inſenſiles jaceant.

Præſentibus his circumſtantiis ſedule & caute advertendum eſt, quantæ & quales

ſint

ſint ægri vires, hæ ſi bonæ adhuc, pulſus hucusque fortis, ægerque omnia remedia exhibita, quin obſtrepet, aſſumat, ſpes adhuc ſupereſt, nec opus erit ante adhibita remedia mutare, ſed his attenuantibus leniterque refrigerantibus inſiſtendum eſt tamdiu, donec morbus emendetur, & ſi advertatur unum vel alterum ſymptoma ſublevari, videlicet ſitim minui, ſomnum fieri pacatiorem & plus reficientem, capiti redire ſerenitatem febremque remittere &c. hæc bona indicia continuari & quotidie meliora reddi, tunc ſperare licet brevi fore, ut æger convaleſcat.

Sæpius obſervatur, quod æger remittentibus ſymptomatibus de majori laſſitudine, dedolatione artuumque dolore lamentetur, verum talis ſenſatio mala non eſt, imo bonum portendit omen, quia tunc æger liberior ſibique magis præſens miſerias quoque ſuas exactius perſentiſcit.

Si talia ſalubria non interrupta adſint reconvaleſcentiæ ſigna, neceſſe non eſt, ut tam copioſis potulentis & remediis torqueatur æger, verum cibi jam aliquantum plus nutrientes concedi poſſunt.

Attamen adhuc remedia moderata manu propinanda ſunt, donec febris penitus ceſſaverit, neque ullum alicujus momenti ſymptoma appareat amplius.

Etenim ſi cito nimis neceſſariis adhuc valedicatur remediis, plerumque aliquid in corpore relinquitur, unde vel prior morbus recrudeſcit, vel aliæ pejores adhuc ſequelæ cauſantur.

Si igitur naturæ vires conſtantes permaneant, ſanguis nec corrumpatur, nec diſſolvatur, enarrata hucusque attenuans & refrigerans curandi methodus ſufficiens eſt, hacque febres acutæ continuæ periculoſiſſimæ feliciter curantur.

Contra, ſi ſymptomata ſua perſiſtant vehementia, aut pejora continuo evadant, ſimulque corporis labeſiant vires, pulſus mollis, parvus & debilis evadat &c. aut ſanguinis diſſolutio ſe manifeſtet, illico a refrigerantibus, attenuantibus abſtinendum eſt, & horum loco roborantia, leniter ſtimulantia & putredini adverſa remedia porrigenda ſunt, ſecus natura nequaquam ſufficeret, ut periculum avertat, humorum corrup-

ruptionem impediat, coquat morbi materiem hancque e corpore eliminet.

Quare ægris in hujusmodi circumſtantiis remedia Nro. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. præcipue autem illa, quæ camphora ingreditur, quando ſpaſtici & convulſivi motus ægrum infeſtant, exhibeantur.

His ægris etiam vinum concedi poteſt, maxime, ſi antea vinoſo potui aſueverunt, vel vinum ardenti deſiderio efflagitant: frequenter omnino obſervatur dato vino & jamjam ſubcumbentem naturam opinione citius erigi, unde prioribus recenſitis infuſis vinum ad duas tresve uncias addi poteſt, vel detur remedium *ſub Nro. 30.*

Remedia vero calefacientia, nimis ſtimulantia aut ſpirituoſa exulent, communiter enim his ægris venena ſunt.

Si exhibitis hiſce remediis obſervetur pulſus elevatus, ægri vires increſcunt, periculoſaque remittunt ſymptomata, tum ſpes affulget, & iisdem medicamentis continuare oportet, quamdiu neceſſitas eadem expoſtulare videbitur.

Attamen ſi nulla appareat morbi emendatio, imo omnia in pejus ruant ſymptomata, mors inevitabilis metuenda eſt.

Narium hæmorrhagia, ſi ſimili in caſu contingat, ægrumque levet, nunquam retardanda aut ſiſtenda eſt, etſi copioſa ſit, diuque continuet, niſi per nimiam ſanguinis jacturam æger debilitaretur, palleſceret, artubus frigeret cum pulſu parvo, debili & intermittente animoque linqueret.

Sed neque opus eſt, ut ſanguis e naribus copioſe ſemper fluat, paucæ nonnunquam guttulæ jam levamen adferunt.

Verum ſæpe narium obſtructio aut vaſa nimis rigida naturæ conamen impediunt, & aliquot ſolummodo guttulæ ſine levamine exſtillant, hinc æger de tenſione capitis, pulſatione moleſta, vertigine continuoque narium pruritu conqueritur. Hinc vires naturæ adjuvandæ ſunt emolliendo ſcilicet vaſa rigida ſpongia aqua calida madida naribus ægri admota, ejusdemque vapore ſedule attracto.

Male omnino, ſi ſanguis nimis ſpiſſus & tenax hæmorrhagiam narium impediat. Nec minus malum eſt ſignum, ſi copioſus

qui-

quidem ex naribus, ſed diſſolutus promanat ſanguis, ægrumque non modo non levet, ſed potius debilitet & ſymptomata pejora reddat, hoc ſæpius videre eſt, dum humores in acrem & putridam degenerant naturam.

Sæpe conqueruntur ægri febre jam per multos dies continuante, nonnullisque coctionis ſignis prægreſſis de ſubitanea anxietate & moleſtia ad ſcrobiculum cordis, de pondere in ventriculo, de horrore in omnes cibos, deque vomendi conatu. Quæ ſigna indicant naturam ſe materie ſua peccante per vomitum liberare velle.

Poſitis his, ſi æger ſponte vomat, tunc, vomitus hic multa aqua tepida epota, cui mel admixtum, facilitandus & adjuvandus eſt: ſi vero ægro ad vomendum ſufficientes non adſint vires, emeticum *ſub Nro. 4.* ipſi porrigendum eſt. Tale emeticum nullo morbi tempore nocet, ſiquidem neceſſitas exigat, nec quidquam adſit, quod contradicet.

Talis per vomitum evacuatio raro contingit, communiter tantum in hoc caſu, ubi

mox

mox initio morbi indicata emetica aut purgantia negligebantur.

Si vero cum enarratis ſignis reliqua morbi ſymptomata mali moris ſint, ægerque vomat multam corruptam, flavam, fœtentem ſine levamine materiem, mors inſtat.

Verum longe frequentius videre eſt evacuationem fieri per alvum, quæ ut plurimum levamen adfert, ideo hæc, ſi non facile & ſufficienter procedat, adjuvanda eſt, nunquam tamen retardanda, niſi nimia profuſione ægrum debilitaret, aliasque cauſaret moleſtias.

Si ſubita vehemensque obveniat diarrhæa corpori vires ſubtrahens, pulſus ſit parvus, reſpiratio evadat laborioſa, abdomen intumeſcat, alvus male oleat putrida, aut cibi & medicamenta immutata excernantur, æger in ſummo verſatur vitæ periculo.

Sæpius ſub decurſu morbi accidit ægrum ſentire pectoris oppreſſionem, difficilius aliquomodo reſpirare accedente tuſſi & paulo poſt ſputo copioſo excreto. Si res ita ſe

ha-

habeat, nil peculiare agendum eſt, ſed iisdem remediis continuare oportet.

Si vero ſputa facile non prodirent, & pulmones ardor infeſtaret, remedia emollientia & ſputum promoventia *ſub Nro. 5. 31. 32.* deſcripta danda ſunt.

Verum ſtertore in pectore accedente, ægro difficulter reſpirante, multum ſudante, in extremitatibus frigente, omnibusque remediis adhibitis nullo ſubveniente ſputo peſſimum eſt, & niſi levans ſubſequatur diarrhæa, brevi æger fatis cedet.

Mox initio morbi acuti obveniens copioſus ſudor plerumque nocet, ægrum enim debilitat, orbat ſanguinem parte ſua fluidiore, conſequenter multum inſpiſſat, & magnam ſanguinis depravationem, diſſolutionem, minus debitam permixtionem aut magnam denique ſolidorum laxitatem &c. deſignat.

Attamen & mox initio morbi acuti exortus ſudor bonus eſſe poteſt, ſi morbus in refrigeratione, perſpiratione ſuppreſſa ſuam agnoſcat originem, aut ubi acrimonia quædam contagioſa necdum perfecte maſſæ ſanguineæ communicata adhuc oberrans de

cor-

corpore expellitur, antequam ſanguinem infecerit, peſſimaque produxerit ſymptomata.

Sudor poſt prægreſſa coctionis ſigna die critico exortus plerumque bonus eſt & ægrum levat, præſertim ſi nimius non ſit & in toto corpore æquabilis. In hoc caſu per tenuia carnium jura, per potus tenues, tepidos *ſub Nro. 33.* ſudor ſuſtentari debet. Æger autem ab omni accedente frigore muniendus eſt: male tamen conſuleretur ægro, ſi ſtragulis & pulvinaribus obrutus calido tractaretur regimine, aut remedia exhiberentur calida ſudorifera.

Sudor diu nimis durans ægrum non levans quin imo debilitans nequaquam promoveri ſed potius omni cum cautela minui & retardari debet. Hinc ægro ſenſim & ſenſim refrigerium concilietur moderatum, quod fit, ſi ſæpius in lecto ſedeat erectus, ſi poſſibile ſit, lectum ſubinde relinquat & linteamina caute mutet.

Remedium *ſub Nro. 34.* magnum perſæpe hoc in morbo præſtat effectum, ſucceſſive enim copioſum & debilitantem compeſcit ſudorem. Si tamen hoc non ſufficeret,

cortex peruvianus *ſub Nro. 35.* exhibendus eſt. Vix non ſemper inde medela adfertur, ægroque vires reſtituuntur perditæ, niſi ſudor a materie corrupta in primis viis hærente, ab indurationibus, ulceribus aut denique ſanguine penitus diſſoluto originem duceret.

Si externe tumores obſerventur metaſtatici & ſimul molles, fluctuantes, aquoſa materie repleti ſint, illico aperiri debent, ut materiei exitus concilietur.

Si vero duri ſint, per remedia emollientia & leniter ſtimulantia maturatio acceleranda eſt, nihilominus & hi, ut primum mollities & materies contenta advertatur fluctuans, ſecandi ſunt.

Nonnunquam tales depoſitiones externam aliquam corporis plagam occupant, ſed mox iterum evaneſcunt, & aliam aggrediuntur.

Sæpe in maſſam ſanguinis reſorpta materies affectat conſuetam per urinam & alvum viam, atque ſine magnis ægri moleſtiis evacuatur: ſæpius vero non ſine magno levamine per totam corporis ſuperficiem exanthema ſuboritur.

Si

Si vero tumores tales metaſtatici deſerant externam ſuperficiem & internas occupent partes, res plurimum periculoſa eſt.

Quemadmodum evacuationes per hæmorrhagiam narium, urinam, alvum, ſputa, ſudorem &c. aut per externas ſub morbi decurrſu depoſitiones ſubitum & magnum procurant ſæpenumero levamen, morbumque radicaliter tollunt; hinc ſalubres ſunt & judicium abſolventes; ita nonnunquam non modo non levant, ſed potius ægrum debilitant, pejoraque reddunt ſymptomata, igitur nequaquam judicantes ſed ſymptomaticæ ſunt & malignæ. Eadem ratione ſe res habet cum miliaribus & petechiis: ſæpe morbus per hæc ſubito levatur, terminumque ſortitur felicem: verum & ſæpius videre eſt ægrum his apparentibus nequidquam levari, imo brevi poſt ruere in pejus, in hoc caſu utique non critica ſed ſymptomatica & maligna ſunt.

Nunquam in principio morbi prædici poteſt, an exanthemata futura ſint, nec ne, niſi cognita jam adſit epidemia, quia initio certa & characteriſtica indicia deſunt.

Ante-

Antequam autem talia morbo perſtante ſe manifeſtent exanthemata, ægri plerumque de oppreſſione & titillatione in pectore, de dolore in artubus præſertim ad lumbos & os ſacrum conqueruntur, inquieti ſunt, cutis nonnunquam arida & ſicca eſt, nonnunquam autem levis præcedit ſudor. Quibus miliaria obveniunt, multum in facie & circa collum ſudant, frequentius per momentum horrent, ſudor illorum vaporem ſpirat acidum, continua moleſtat tuſſicula, & ad ſternum opprimuntur.

Si jam miliaria aut petechiæ regulariter facileque erumpant die critico, communiter multum levantur ægri: in hoc caſu nequidquam opus eſt mutare medendi methodum, ſed iisdem feliciter exhibitis remediis intrepide continuare oportet.

Si vero ſimilia exanthemata adhuc hinc inde profundius in cute hæreant, ægerque multum debilis ſit & anxius, remedia leniter ſudorem procurantia exhibere convenit, quæ Nro. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. & 36. recenſentur.

Ut

Ut primum vero erumpunt & æger exinde levamen viriumque percipiat incrementum, mox remediis hiſce ſudoriferis valedicendum eſt & ſtudendum, ut leni medela exanthemata ſubſiſtant.

Talia exanthemata ſæpius jam quarto, ſeptimo, nono vel undecimo, ſæpe tamen primo die decimo ſeptimo vel ſerius adhuc erumpunt, dum nempe natura longiori tempore ad morbi materiem concoquendam & de ſanguine expellendam opus habet.

Si in hiſce morbis cura acceleretur, ſi æger & adſtantes impatientes ſubito ſtimulantibus remediis calidoque regimine exanthemata præmature & præpoſtere extorquere contendant, peſſime exaſperatur morbus, hacque ratione expulſa exanthemata non levant, ſed debilitant, & niſi natura tantas poſſideat vires, ut non ſolum ipſi morbo ſed & maleſuaſæ medendi methodo debellandæ par ſit, actum eſt de his ægris. Quare factis in principio morbi neceſſariis evacuationibus cunctisque requiſitis in medela acutorum properandum non eſt, nec ſine ratione ſufficiente permutanda ſunt remedia, ſed animo intrepido continuanda, donec aut

mor-

morbus remiſerit, aut alia apparuerint indicia.

Morbi levamen non a copia axanthematum, ſed ab horum effectu dependet, quia non raro pauca miliaria vel petechiæ plus levaminis adferunt ægro, quam dum eadem numeroſiſſima prodeunt. Si itaque æger paucum ſuorum exanthematum numerum levantem agnoſcat, debitoque ordine cætera procedant, ſumme noceret, qui per remedia ſtimulantia calidumque regimen numerum hunc augere intenderet.

Miliaria ſunt parvæ, rotundæ, elevatæ & ſeminibus milii ſimillimæ veſiculæ, quæ nonnunquam rubræ ſunt, & tum miliaria rubra, ſi vero materie pellucente aquoſa repletæ ſunt, alba vocantur.

Petechiæ ſunt maculæ late rubentes, rotundæ, pulicum morſui ſimiles, quæ quo plus ſuæ formæ & calori reſpondent, eo benigniores habentur. Quo plus autem a forma ſua debita recedunt, quo magis læte rubens color in fuſcum, purpureum, nigrum tendit, eo pejores ſunt petechiæ, præcipue ſi ſimul adhuc plagæ liveſcentes ſe manifeſtent, quæ ſumme periculoſam cor-

ruptionem ſanguinisque putrefactionem indicant.

Attamen jam ſæpius videre licuit etiam malæ notæ petechias ægro attuliſſe levamen, quare in tali caſu nimius metus abjiciendus eſt, ſi reliquæ morbi circumſtantiæ non adeo malæ ſint & conſueto decurrant ordine.

Accidit nonnunquam poſt commiſſos ab ægro aut adſtantibus errores, poſt refrigerationem, iram, terrorem aut clandeſtine devoratos cibos minus convenientes ſubito retrocedere exanthemata ægrumque in maximum vitæ diſcrimen conjici.

Tum pro diverſa retropulſionis cauſa, pro varietate exortorum inde ſymptomatum varia quoque & diverſa erit curandi methodus. Si enim re non bene perpenſa mox remedia calida ſudorifera porrigantur, non raro enecatur æger, quoniam perſæpe contingit, ut retropulſis exanthematibus nova & vehemens exoriatur febris acuta, pulſus plenus, tenſus tangatur & durus, æger difficulter reſpiret, caleat, ſitiat &c. neceſſe eſt tunc ægrum venæ ſectionibus remediisque attenuantibus, refrigerantibus tractare

non ſecus ac in febris initio. Etenim caſus hic revera tanquam incipiens morbus nulla habita præteriti ratione conſiderari debet, unde cuncta remedia calida ſudoriſera ſumme nocerent.

Quod ſi vero cauſa in levi refrigeratione conſiſteret, nec inde multum increſceret febris, copioſus potus theatus leniter diaphoreticus *ſub Nro. 33. & 37.* deſcriptus exhibendus, ægerque ſimul in æquali calore ſervandus eſt: his mediantibus plerumque intra breve temporis ſpatium levamen adeſt, denuoque proſtant exanthemata.

Naturæ viribus autem nimis debilibus cognitis, remediisque leniter ſudoriferis ad exanthemata expellenda non ſufficientibus veſicantia ad ſuras applicanda & remedia *ſub Nro. 23. 24. 25. 27. 28. 29.* potentiora exhibenda ſunt. Ut primum vero datis hiſce exanthemata prodierunt, æger ſecundum vires ſuas & ſymptomata tractandus eſt.

Si vero retrocedentium exanthematum cauſa validus eſſet animi affectus, æger pacari & exhibito potu multo leniter ſudoriſero in calore moderato ſervari debet.

Cumque ſomnus reficiens his ægris multum conducat, admodum bene adhibetur remedium *ſub Nro. 38.* Si tamen & in hoc caſu valida febris accederet, ægerque multum anxius cum difficultate reſpiraret, ſimile remedium porrigendum non eſt, ſed venæ ſectionibus & remediis attenuantibus, refrigerantibus ſuccurrendum erit.

Retrocedentibus vero exanthematibus a multis & nocivis ingeſtis cibis, unde æger anxius evadat, cum difficultate reſpiret, hypochondria & ventriculus inflentur, tendantur, cibos omnes nauſeet, continuasque experiatur vomituritiones, ſtatim emeticum *ſub Nro. 4. 5. 7. 8. 9. 10.* propinandum eſt.

Ut primum ſaburra hæc ex ventriculo & inteſtinis ejecta eſt, ſæpe absque omni exhibito remedio exanthemata rurſus prodeunt: ſi vero tale quid non accidat, pulſus tamen non adeo tenſus, nec nimis validus ſit febrilis impetus, remedia attenuantia & leniter ſudorifera ut prius conveniunt.

Sæpe ſine manifeſta cauſa exanthemata diſparent; interim æger tales experitur pectoris oppreſſiones, ut in periculo ſubitæ ſuffo-

ſuffocationis conſtitutus ſit, tum extrema, quæ ut plurimum nunc frigent, pannis calidis bene perfricanda ſunt, & ſine mora ſecanda vena; tali ratione momentaneum adfertur auxilium, ſæpeque hoc unicum ſupereſt remedium, quo vita ſervari poteſt, neque tamen ſemper in dubiis his circumſtantiis venæ ſectio ſaluti eſt, nonnunquam enim aliqui horum ſub ipſa venæ ſectione fluente adhuc ſanguine mortui concidunt. Nihilominus in ſummo hoc vitæ diſcrimine venæ ſectio etſi anceps remedium negligi non debet; præſtat enim unum ſolummodo ſervare, quam omnes ſine auxilio adhibito fatis relinquere. Verum adſtantes de remedio ancipiti & periculo præmonere oportet.

Si exanthemata retrogreſſa petant caput, cephalalgiam cauſant intolerabilem, ſomnolentiam, delirium, tendinum ſubſultus &c. quibus poſitis mox capilli abſcindi, continuoque ex herbis diſcutientibus fomenta applicari debent: plures porro ſanguiſugæ auribus admoveantur, ut aliquot ſanguinis unciæ detrahantur, vel tentetur revulſio applicando cucurbitas partibus capiti vicinis, ſæpiusque clyſmata irritantia injiciantur;

tur; omni ſimul conatu adlaborandum eſt, ut materies exanthematica retrogreſſa remediis antea enarratis leniter ſudoriferis mobilis reddita ducatur ad corporis peripheriam, aut per alias vias de corpore eliminetur.

In tali caſu ſpontanea & copioſa narium hæmorrhagia ſæpe valde proficua eſt.

Nonnunquam autem dum retrogreſſa exanthemata vehementia produxerunt ſymptomata, veſicantia negligenda non ſunt, quæ ad ſuras aut alias corporis partes, prout expoſtulaverint ſymptomata, apponantur, ad plantas pedum vero ſinapiſmus *ſub Nro. 20.* alligatur.

Quamvis retrogreſſa exanthemata toties ægrum in maximum vitæ diſcrimen conjiciant, fit tamen nonnunquam, ut ſubito diſpareant, quin ægro exinde triſte quidpiam accidat, verum tunc mox alia evacuatio, quæ materiem peccantem eliminet, ſuccedit.

Talis evacuatio frequentiſſime contingit per vias urinæ & alvi, nonnunquam per levem tuſſiculam & facile ſputum. In ſexu ſequiore tale quid menſtrua purgatione ab-

abſolvi poteſt, præſertim cum inſtet periodus.

His evacuationibus ordine & ſine moleſtia contingentibus ne quidquam harum reſpectu in cura mutandum eſt; ſi vero moleſte nec ſufficienti quantitate prodeant, leni medela facilitandæ ſunt, aut ſi nimiæ forent, prudens moderamen inducere oportebit.

In omni morbo acuto malum & periculoſum omen eſt, dum ægri de intenſo calore interno moleſtoque ardore conqueruntur frigentibus interim partibus externis, præcipue ſi facies ſimul collapſa prorſusque mutata conſpicitur, pulſus autem debilis, parvus tangatur & vacillans.

Quo majus mox in principio morbi frigus infeſtet aut horror, eo vehementior futurus eſt morbi impetus, eoque pejora plerumque ſequuntur ſymptomata.

Calor per univerſum corpus æqualis bonum eſt ſignum, contra ſi color faciei ſæpius permutetur, ægerque modo rubeat, modo palleat aut cæruleſcat.

Æque laudabile eſt ſignum, dum pulſus antea parvus, ſuppreſſus, imo debilis poſt

remedia exhibita increſcat, fortior evadat & liberior & ægri augeantur vires.

Si poſt longum & vehemens delirium æger hebes jaceat, ſomnolentia, validi ſubſultus tendinum aut convulſio ſuccedant, multum periclitatur.

In ſalvo autem conſtitutus eſt, ubi poſt ſimile delirium caput liberum ſentiat, ſomnusque reficiens ſubſequatur.

Hoc ſæpius præcedit hæmorrhagiam narium.

Etſi in morbo acuto cuncta bene & debito ordine procedere videantur, ægro tamen nullus certus & felix eventus prædici poteſt, ſi lingua, fauces, interior pars narium, oculi & cutis ſicca permaneant, plerumque enim aliquid in corpore latet, quod ſubito & non ſine magno periculo ſe poſtmodum manifeſtat.

Si ægri multum inquieti ſint, de uno loco in alium ſe jactitent, continuo ſurgere contendant, genua elevent, manibus floccos carpant, aut remedia & alimenta recuſent, malum omnino eſt.

Si vero quieti, ſituque naturali decumbant, remedia & alimenta non renuent,

at-

atque ea debitum præſtent effectum, bonum eſt.

Alimenta in acutis vehementiæ febris, diuturnitati & mutationi ſymptomatum proportionata ſunto.

Quo febris vehementior, corpusque impurius, eo leviora & tenuiora porrigenda ſunt alimenta, & omnino facile putreſcentia aut difficilioris digeſtionis vitentur.

Verum tenuis hordei, avenæ, orizæ cremor addito pauxillo aceti aut ſucco limoniorum, juſcula tenuia ex farina, pane & panatella optimum his largiuntur nutrimentum.

A carnibus autem, calidis multumque nutrientibus cibis tamdiu, quamdiu febris perſiſtit, prorſus abſtinendum eſt, conceduntur tamen tenuia carnium jura, præſertim, ſi antea his adſueverit æger, multumque potus aciduli hauſerit.

Fructus cocti, cocta ſpinachia, endivia, lactuca &c. tam in alimentum, quam in medicamentum inſervire poſſunt.

Malis ſymptomatibus ablatis, levatumque ſe ægro ſentiente & appetitu redeunte paululum plus nutrientia concedi poſſunt,

verum

verum non magna quantitate ſimul & ſemel, ſed ſæpius partitisque vicibus & avara manu porrigenda ſunt.

Dum penitus febris ceſſavit, ægerque multum appetat, carnes tenuiores, pauculumque, ſi efflagitet, vini præbeatur.

Si tamen ceſſante febre os adhuc mucoſum foret, & æger parum vel nihil appeteret, lene purgans *ſub Nro. 39.* carnium uſui præmittatur.

Viribus ſenſim recuperatis & ægro aſſumptos cibos facile digerente lento iterum pede ad priorem vivendi normam accedere licet & conſueta in uſum trahere alimenta. Illa ſolummodo, quæ difficilioris digeſtionis ſunt, vitanda erunt, donec corpus ſolitum robur obtinuerit: ſecus nocent, impediuntque quo minus cito ſanitas perfecta redeat, ſed longiori adhuc temporis ſpatio corpus debile permanet & laſſatum.

In his morbis æger nec multum calido nec multum frigido tractandus eſt regimine, lenis enim calor & moderatus convenientiſſimus eſt.

Aër, quantum poſſibile erit, renovari & depurari debet; hinc æſtivo tempore calido

lido & ſicco pavimentum cubiculi, in quo æger decumbit, aqua frigida, cui tertia pars aceti admiſta ſit, adſpergendum erit.

Vitiatur quoque aër ab adſtante hominum multitudine in cubiculis & ad lectum ægri, fit enim inde ſuffocans, quo ægro anxietas conciliatur & inquietudo: hinc toties decumbentis amici inimice & valde imprudenter agunt, dum toties diebus lecto aſſident, ægrumque nimia ſollicitudine & garrulitate moleſtant.

Omni inſuper conatu adlaboranda eſt ægri mundities, atque ſi de excoriatione hinc inde ſe manifeſtante conqueratur, loca hæc bis terve de die inungi debent unguento, quod ex albumine ovi & pauculo ſpiritu vini compoſitum in vaſe terreo ſupra lenem ignem locato virgis aut cochleari tamdiu agitatur, donec unguenti conſiſtentiam habeat.

Simplex hoc remedium ſæpenumero impedit excoriationem, quæ ægris non raro moleſtior ipſo morbo accidere ſolet.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Lapid. cancror. gr. xx.
Nitr. pur. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 2.

℞. Nitr. pur. dr. j.
Syr. ribes. Unc. j.
Aq. fl. Sambuc. Unc. vj.
m̄.

Sumat omni bihorio cochl. 2.

Nro. 3.

℞. Rad. altheæ Unc. j.
folior. altheæ M. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß.
adde:
Nitr. pur. dr. j.
Oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 4.

℞. Rad. Ippecacuanch. gr. xxx.
Sal. polychreſt. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 5.

℞. Tartar. emetic. gr. iij.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſ. p. doſi.

Nro. 6.

℞. Rad. Ippecacuanch. gr. xx.
Tartar. emetic. gr. j.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 7.

℞. Tartar. emetic. gr. vj.
ſolve in
Aq. fontan. Unc. vj.
dein adde:
Oximel. ſimpl. Unc. j.
m̄.

Sumat omni media hora cochlearia duo donec probe vomat.

Nro. 8.

℞. Cremor. Tartar.
Arcan. duplicat. aā gr. xxx.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 9.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
Aq. laxativ. D. V. Unc. iv.
m̄.

Sumat pro hauſtu.

Nro. 10.

℞. Fol. ſennæ Unc. β.
mann. eleſt. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conciſſ. miſt. infunde in
aq. fervid. lib. β.
relinque in vaſe clauſo per ½ hor.
colatur. exhibe pro hauſtu.

Nro. 11.

Nro. 11.

℞. Rhei electi
Sal. polychreſt. aâ ſcr. ij.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 12.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
Nitr. pur. dr. j.
Syr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 13.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.
Sumat ter vel quater de die unum cochleare.

Nro. 14.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. althe. Unc. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jß. adde:
Nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc jß.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 16.

Nro. 16.

℞. Hord. crud. Unc. iij.
Aq. pur. lib. iv.
coq. p. ½ hor. dein colatur.
adde:
Nitr. pur. dr. j.
Oximel. ſimpl. aut
Mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 17.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
Rad. acetoſ. Unc. ß.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. ij.
adde:
Nitr. pur. dr. j.
Syr. ribes. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 18.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. fl. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora 2. cochlearia.

Nro. 19.

℞. Aq. fontan. Unc. viij.
ol. lini
mel. pur. aâ Unc. ij.
nitr. pur. dr. j.
m̄. f. enema
tepide injiciendum.

Nro. 20.

℞. Ferment. pan. acid. lib. j.
ſal. commun.
farin. ſem. ſinapi aâ Unc. jß.
aceti q. ſ. ut f. paſta
detur uſui.

Nro. 21.

℞. Aq. rutæ lib. jß.
ſal. amon. dr. iij.
acet. rutac. Unc. ij.
m̄. d. U.

Nro. 22.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
f. l. a. cum ſ. q. aq. emulſio
colatur lib. j.
adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vaſculum.

Nro. 23.

℞. Herb. rutæ
— ſcord. aâ M. j.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. per ½
hor. vaſe clauſo, dein colatur. lib. ij.
adde:
Syr. contrajervæ Unc. ij.
Sp. Vitriol. gtt. xx.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 24.

℞. Rad. Imperator.
— leviſtic. aâ dr. j.
Hb. meliſſ. M. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. fervid.
p. ¼ hor. vaſe clauſo.
colatur lib. jß. adde:
ſyr. rub. Idei. Unc. jß.
liq. anod. mineral. gtt. xv.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 25.

℞. Rad. Valerian. ſylveſt. dr. iß.
conſciſſ. infunde ſ. q. aq. ferv.
vaſe clauſo per ½ hor.
colatur lib. jß. adde:
ſyr. cort. aurant. Unc. jß.
m̄.
Uſus ut prioris.

 Nro. 26.

Nro. 26.

℞. Aq. ſtillat. rut. Unc. viij.
ſyr. rad. 5. aperient. Unc. jß.
Tinctur. rad. contrajerv. dr. ij.
m̄.
omni bihorio duo cochlearia.

Nro. 27.

℞. Camphor. gr. j.
lapid. cancror. gr. xx.
m̄. f. pulv. & detur
talis omni bihorio.

Nro. 28.

℞. Camphor. gr. viij.
mucilag. gum. arabic. dr. ij.
in mortario marmoreo bene ſubactis
adde miſcendo:
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio unum aut duo
cochlear.

Nro. 29.

℞. Camphor. gr. viij.
amygdal. dulc.
ſemin. melon. aâ Unc. j.
f. emulſ. cum ſ. q. aq.
colatur. lib. jß. adde:
ſachar. alb. Unc. j.
m̄.
omni bihorio vaſculum.

Nro. 30.

℞. Pulv. Cort. peruvian. alkohol. Unc. j.
aq. rutæ Unc. x.
vin. bon. Unc. iij.
ſyr. menth. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 31.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaphor. n̄. abl. aâ dr. j.
oximel. ſimpl.
ſyr. flor. rhæad. aâ Unc. j.
m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear. cum infuſo ex fol. malvæ & flor. ſambuci.

Nro. 32.

Nitr. pur. dr. β.
ſtib. diaphor. n̄. abl. dr. jβ.
oximel. ſcillitic. Unc. ij.
ſyr. fl. rhæad. Unc. j.
aq. fænicul. Unc. viij.
m̄.

Uſus ut prioris.

Nro. 33.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſſ. d. ſpecies p. infuſo.

Nro. 34.

℞. Hb. ſalviæ M. j.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. ferv. p. ¼ hor.
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. ſalviæ Unc. jß.
m̄.

Sumat omni trihorio vaſculum.

Nro. 35.

℞. Cort. peruvian. ſelectiſſ. Unc. jß.
coq. ſ. q. aq. per horam.
colatur. lib. j.
adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.
m̄.

Sumat omni hora aut bihorio vaſculum.

Nro. 36.

℞. Aq. rutæ Unc. viij.
acet. antiſeptic. Unc. jß.
ſyr. cort. citr. Unc. jß.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 37.

℞. Hb. rutæ
— meliſſæ
— ſerpill. aâ M. j.
conſciſſ. d. ſpecies p. infuſo.

Nro. 38.

Nro. 38.

℞. Amygdal. dulc.
Semin. melon. aâ Unc. j.
camphor. gr. vij.
f. l. a. cum ſ. q. aq. emulſio
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. papav. alb. Unc. jß.
m.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 39.

℞. Rhei elect.
ſal. polychreſt. aâ ſcr. ij.
m. f. pulv. p. doſi.

De Synocho putrida.

In febribus acutis continuis ſanguis ut plurimum primis diebus adeo ſpiſſus eſt & tenax, ut ultimas vaſorum anguſtias cum difficultate permeet, hinc talis in inflammationem pronus ſanguis ex hac ipſa ſua indole in toto corpore tam internis quam externis partibus calorem cauſat ardentem, attamen in febribus vere putridis ſanguis plerumque grumoſus & diſſollutus eſt, facilique negotio in corruptionem & putredinem degenerat.

Hæ febres ſemper periculoſiores ſunt febribus acutis continuis & plurimúm contagioſæ.

Frequenter originem ducunt a copioſa, acri & corrupta bile præcipue poſt validam & diuturnam æſtatem; ab alimentis mali moris aut diu tolerata inedia; a pane ex farina vetuſta, corrupta aut ex granis malæ notæ parata, a carnis putreſcentis aut ex animalium morboſorum uſu; a piſcibus emortuis, ab aqua inſectis ſcatente, ab aëre impuro, putrido, fætente, minus moto, omnium vero facillime ab aëre cubilis, in quo multi eadem febre aut dyſenteria putrida affecti ſimul decumbunt, minimeque aëri depurando, renovando ſtudetur.

Manifeſtare ſe ſolet febris putrida per horrores & calores ſe invicem excipientes, per gravem & obtuſum capitis dolorem, inquietudinem, ſomnumque minime reficientem, ut adeo evigilantes debiliores ſe ſentiant, quam antea. Corpus ejusmodi laxum & glutinoſo ſudore obductum eſt, calor adeo vehemens non advertitur, ſed lingua humida & cruſta plumbei coloris aut flavo virideſcente tecta eſt, os conquerun-

tur

tur amarum & nauſeam; pulſus mollis, debilis, parvus & perſæpe jam in principio morbi tardior ac in ſtatu naturali habetur. Hi ægri inquieti, dedolati, puſillanimes ſunt, aut cuncta ſæpius æquo animo perferunt, ſolicitudinesque & curas ignorant; raro ſitim experiuntur ad nullum negotium apti jam in lecto jam extra eum morari amant.

Sæpe hæc febris per plures in corpore dies latet, antequam ſe prodat. Unde tales ægri de nulla re determinata conqueruntur, nec ſe ægrotare exiſtimant, nec præter laſſitudinem inſuetam & imminutum appetitum quidpiam moleſti ſentiunt.

Si ergo ex cauſis prius enarratis quædam præceſſerit, ſi nonnulla recenſitorum ſymptomatum appareant, concludere licet hunc ægrum febre putrida laborare & vel maxime, ſi talis ſimul epidemia graſſetur.

Raro in morbo indicatur venæ ſectio, niſi in ægro plethora aut calidum deprehenderetur temperamentum; ſed & poſitis his circumſtantiis absque urgente neceſſitate ſæpius ac ſemel vena ſecari non debet. Imo potius ab initio ſtudendum eſt, ut vires na-

turæ conſerventur, erigantur, diſſolutio ſanguinis impediatur, & caveatur putrefactio.

Docuit experientia facilius convaluiſſe eos, qui mox initio emeticum ſumpſerunt, cum in primis viis fere ſemper ſaburra copioſa habeatur, frequenterque hæc febris ab alimentis malæ notæ originem ducat.

Hinc ſemper cura inchoanda eſt emetico *ſub Nro. 1. 2. 3. 4.* præcipue ubi æger de continua nauſea, vomituritione conqueritur, putridas, fætidas & amaras ſentit eructationes, nec non anxietates pondusque ad ſcrobiculum cordis. Nunquam autem negligendum eſt emeticum, dum ex cauſis prægreſſis certo innoteſcit ægrum res putridas & corruptas antea aſſumpſiſſe.

Etſi vero tale quid non inveniatur, neceſſe tamen eſt, ut ægro lene purgans *ſub Nro. 5. 6. 7.* porrigatur, ut tali ratione ventriculus & inteſtina ab omni ſaburra expurgentur, exinde enim nequaquam debilitas ſed levamen inducitur ægris.

Si vero ægros jam ab initio tanta prehenderet debilitas, quæ juſtum remedii evacuantis exhibendi metum induceret, fre-

quen-

quentioribus ſaltem clyſmatibus quantum poſſibile corpus depurandum eſt.

Primis viis tali ratione in integrum reſtitutis remedia *ſub Nro. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.* dicta exhibenda veniunt.

Quod ſi ſimul alvus & urina malum & fætentem ſpargerent odorem, eructationes putrida quaſi ova redolerent, pulſus valde mollis & debilis, conſequenter ſanguis diſſolutus, tenuis & in putredinem pronus haberetur, remediis enarratis ſpiritus vitrioli ſufficienti quantitate addi debet, ut hoc addito grate acida & magis activa reddantur.

Sæpe pro potu ordinario medicamenti loco ea *ſub Nro. 15. & 16.* inſervire poſſunt remedia.

His & ſimilibus remediis continuandum eſt, donec morbus remiſerit, & notabilis emendatio obſervetur; igitur ſi pulſus & vires increſcant, horum doſis minui & nutrimenti copia augeri poteſt.

Si autem intra ſat breve temporis ſpatium morbus non remittat, ſed mala inſuper augeantur ſymptomata, remedia *ſub Nro. 17. & 18.* recenſita dari debent.

Cor-

Cortex peruvianus ſæpenumero mox in principio hujus morbi evacuatis præſertim prius & ſufficienter purgatis primis viis maximo cum effectu exhibetur; ulteriori enim ſanguinis diſſolutioni & corruptioni reſiſtit, ſpaſticas impedit contractiones, conſervat & reſtaurat vires, atque hac ratione ægrum toties orci faucibus eripit.

Quare dum horida inſurgunt ſymptomata, mox magna quantitate ingeratur cortex peruvianus Nro. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. præſcriptus; quod ſi ore fieri non poſſit, idem ope clyſmatum adminiſtretur: poterit & cortex prius dictis admiſceri remediis, aut cum illis alternis vicibus exhiberi.

Ita quoque moderatus vini uſus multum ſæpe prodeſt, ſi ea cum cautela, qua in febribus acutis continuis dictum fuit, porrigatur.

Remedia rubefacientia ad plantas pedum, nec non veſicantia hic æque multum conducunt, modo ea ratione, ut in febribus acutis continuis, applicentur.

In febribus hiſce putridis ſæpe jam tertio aut quarto morbi die miliaria aut petechiæ in conſpectum veniunt, quæ, ſi exinde

de aliquod levamen ægris accedat, boni ſunt ominis. Quod ſi hæc exanthemata maligna plane non elevata aut mali coloris ſint, habeantque ſudorem copioſum, fætentem & defatigantem ſibi comitem, plerumque ſub finem ſexti diei hi ægri vitam ſuam terminant. Si vero hæc ſymptomata quarto die nondum adeo mala ſint, ſed die ſeptima primo talia evadant, mors in diem undecimum aut decimum tertium transferetur.

Nonnunquam ad diem quartum usque ſymptomata augentur, & tum ſua vehementia immutata perſtant, ſed ſeptimo die nonnulla horum minuuntur, ſicque continuant, levamen hoc die nono aut undecimo increſcit, & tale permanet, unde ſpes affulget non pauca: tunc die decimo quarto ſponte ſua ſuccedunt exanthemata non ſine manifeſta omnium ſymptomatum remiſſione; nonnunquam ſine omni exanthemate die decimo quarto aut decimo ſeptimo ſuum hic morbus aſſequitur terminum.

Si febris hæc quarto die in pejus ruat, urina paulo ante craſſa, turbida nunc tenuis evadat & aquoſa, nec ullum die ſeptimo

acce-

accedat levamen, quin potius ſymptomata exaſperentur, ſignum communiter eſt lethale.

In hiſce aër frigidiuſculus, purus & renovatus multoties magnum & ſubitum adfert levamen, qui igitur his ægri omni modo poſſibili procuretur. Ita aquam frigidam ægris his, ſi præſertim vehementer eam efflagitent, dare licet.

Pulſus perſæpe fallit in febribus vere putridis & malignis; deprehenditur enim ſæpe tardior magisque naturalis, quam habita ratione peſſimorum ſymptomatum deprehendi deberet; æger de ſuis parum ſolicitus vix quidquam conqueritur: ſi quis his in circumſtantiis in enuncianda prognoſi omnem ſpem in ſolo pulſu collocat, vehementer plerumque decipitur.

Verum non omnes febre putrida laborantes mox in principio malignis infeſtantur ſymptomatibus, ſed nonnulli exiſtunt, quorum pulſus celerior, elevatus magis & aliquomodo tenſus ſit, neque tamen experiuntur dedolationem, imo ſitiunt, calent, ſanguinem ſat ſpiſſum, minime diſſolutum gerunt; verbo: eadem experiuntur ſymptomata,

mata, quæ in febribus acutis continuis eſſe ſolent: unde hi ægri non aliter tractandi erunt, ac ſi febre acuta continua laborarent.

Cum venæ ſectionibus tamen & remediis refrigerantibus cautius mercandum eſt, ne his æger multum reddatur debilis, ſiquidem initio ſæpe ſigna febris acutæ continuæ adſint, verum poſt aliquot dies minuuntur vires, ſubitoque cuncta febris putridæ ſymptomata ſe manifeſtant: ut primum hæc adeſſe cernuntur, ſecundum ea omnis medendi ratio dirigatur, oportet.

Si autem ſine prægreſſis malignis ſymptomatibus ſeptimo die aut undecimo miliaria vel petechiæ prodeant, brevi poſt valetudinem ſuam conſequuntur.

Hoc contingit, dum febris putrida tales aggreditur, quibus cæterum firma ſanitas, ſanguis bonæ indolis, in putredinem non adeo pronus, nec non quibus frigidum phlegmaticum prædominatur temperamentum.

Formulæ.

Nro. 1.

℞. Rad. Ippecacuanch. gr. xxx.
Sal. polychreſt. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 2.

℞. Tartar. emetic. gr. iij.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſ. p. doſi.

Nro. 3.

℞. Rad. Ippecacuanch. gr. xx.
Tartar. emetic. gr. j.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 4.

℞. Tartar. emetic. gr. vj.
ſolve in aq. fontan. Unc. vj.
dein adde:
Oximel. ſimpl. Unc. j.
m̄.

Sumat omni media hora cochlearia duo donec probe vomat.

Nro. 5.

℞. Cremor. Tartar.
Arcan. duplicat. aâ gr. xxx.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 6.

Nro. 6.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
Aq. laxativ. D. V. Unc. iv.
m̄. ſumat pro hauſtu.

Nro. 7.

℞. Fol. ſennæ Unc. β.
mann. elect. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
mixta infunde in
aq. fervid. Unc. vj.
relinque in vaſe clauſo per ½ hor.
colatur. detur uſui.

Nro. 8.

℞. Hb. rutæ
— ſcord. aâ M. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. fervid. per ½ hor. vaſe clauſo.
colatur. lib. ij. adde:
ſyr. contrajerv. Unc. ij.
ſp. vitriol. gtt. xx.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 9.

Nro. 9.

℞. Rad. imperator.
— leviſtic. aâ dr. j.
hb. meliſſ. M. j.
conſciſſ. infunde ſ. q. aq. fervid. p. ½
hor. vaſe clauſo.
colatur lib. jß. adde:
ſyr. rub. Idæi Unc. jß.
liq. anod. mineral. gtt. xv.

m̄.

Uſus ut prioris.

Nro. 10.

℞. Rad. Valerian. ſylveſt. dr. ij.
conſciſſ. infunde ſ. q. aq. fervid. p. ½.
hor. vaſe clauſo.
colatur lib. jß. adde:
ſyr. cort. aurant Unc. jß.

m̄.

Uſus ut prioris.

Nro. 11.

℞. Aq. rut. Unc. viij.
ſyr. rad. 5. aperient. Unc. jß.
tinctur. rad. contrajerv. dr. ij.

m̄.

Sumat omni biborio cochlear. duo.

Nro. 12.

℞. Camphor. gr. j.
Lapid. cancror. gr. xx.
m̄. f. pulv.

Detur talis omni bihorio ſuperbibendo vaſculum ex infuſo hb. rutæ, meliſſæ & ſerpilli.

Nro. 13.

℞. Camphor. gr. vij.
mucilag. gum. arab. dr. ij.
in mortar. marmor. bene ſubactis adde miſcendo.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.
m̄.

Sumat omni hora aut bihorio cochlear. duo.

Nro. 14.

℞. Camphor. gr. viij.
amygdal. dulc.
Semin. melon. aâ Unc. j.
f. emulſio cum f. q. aq.
colatur. lib. jß. adde:
ſachar. alb. Unc. j.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 15.

℞. Decoct. hordei lib. ijß.
ſp. vitriol. dr. jß.
ſyr rub. Idæi Unc. ij.
m̄.
Sumat vaſculatim.

Nro. 16.

℞. Lact. recent. lib iv.
Vin. auſtriac. aut alterius
ſubacidi Unc. viij.
Bulliant ſimul per momentum, dein colloſtro lactis per colaturam ablato ſerum albumine ovorum purifica, & exhibe pro potu.

Nro. 17.

℞. Aq. rutæ Unc. viij.
acet. antiſeptic. Unc. jß.
ſyr. cort citr. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 18.

℞. Pulv. cort. peruvian. alkohol. Unc. j.
aq. rutæ Unc. x.
Vin. bon. Unc. iij.
ſyr. menth. Unc. ij.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 19.

Nro. 19.

℞. Cort. peruvian. ſelectiſſ. Unc. jß.
coq. ſ. q. aq. p. horam
colatur. Unc. vj.
adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora, vel bihorio vaſculum.

Nro. 20.

℞. Pulv. cort. peruvian. ſelectiſſ.
ſcr. ij. vel dr. j.
Dentur tales doſes N. xij.
Sumat omni bihorio vel trihorio pulverem.

Nro. 21.

℞. Pulv. cort. peruvian. ſelectiſſ. Unc. j.
ſyr. menth. q. ſ.
m̄. f. electuar. d.
Sumat omni bihorio ad magnitud. nuc. moſch.

Nro. 22.

℞. Pulv. cort. peruvian. ſelectiſſ. Unc. j.
ſyr. rad. 5. aperient. Unc. ij.
aq. meliſſ.
— flor. chamom. aâ Unc. v.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlearia.

Nro. 23.

℞. Cort. peruvian. ſeleĉtiſſ. Unc. ij.
ſal. tartar. gr. xx.
minutim conſciſſ. miſt. coq. ſ. q.
aq. p. 2. horas colatur. lib. j.
adde:
ſyr. flor. chamom. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 24.

℞. Extraćt. cort. peruvian. Unc. β.
aq. fl. chamomil. Unc. viij,
ſyr. chamomil. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlearia.

De Inflammatione.

Humores corporis noſtri proportionatam vaſis transeundis fluiditatem habere debent; ut primum hæc abeſt fluiditas, arćte nimis cohæreant, ſanguinis oritur tenacitas & quædam ſpiſſitudo.

Nimium tenax & ſpiſſus ſanguis libere & ſine magna difficultate anguſtas arteriolarum fines & oſtiola permeare nequit, hinc nimius oritur ad parietes vaſorum attritus, vaſa-

vaſaque irritantur, unde magnus in univerſo corpore incenditur calor, & quia ſanguinis circulus impeditur ad debellandum hoc obſtaculum, augentur vires cordis & arteriarum, igitur acceleratur motus, & febris naſcitur, ob magnum calorem & vehementiam, quibus ſtipatur, FEBRIS INFLAMMATORIA nuncupata.

Si ergo ſpiſſus talis ſanguis in arteriarum finibus hæreat, adeſt OBSTRUCTIO, hæc ſi a ſanguine a tergo urgente non illico auſferatur, impeditur in hiſce partibus liber ſanguinis tranſitus, quo poſito cor & arteriæ magis adhuc irritantur, & febris adipiſcitur incrementum. Aucto ſic & accelerato ſanguinis motu augetur quoque jam ſemel nata obſtructio, vaſa obſtructa dilatantur, dilatata reliqua vaſa adjacentia comprimunt, unde in his pariter ſanguinis circulatio impeditur, aucta continuo in pluribus vaſis obſtructione increſcit febris, donec tandem tumor læte rubens, multum dolens, tenſus, ardens & pulſus elevetur, qui inflammatorius audit.

Talis inflammatio tam in partibus externis quam internis obvenire poteſt; atta-

men internæ externis ſemper periculoſiores ſunt.

Quævis inflammatio triplicem ſortitur exitum: *primo* quidem per benignam reſolutionem, *ſecundo* per ſuppurationem & *tertio*, ſi neutrum horum accidit, plerumque gangræna terminatur aut ſphacelo. Sæpe tamen contingit, ut febris, dolor, rubor & ardor diſpareant remanente parte indurata, dum videlicet humores ſpiſſi cum vaſis concreverunt.

Exitus primus omnium facillimus & ſaluberrimus eſt, tertius vero periculoſiſſimus omnium & in partibus internis ſemper lethalis.

In secundo ſcilicet ſuppuratione perſæpe natura, ſæpius tamen ars magnum adfert auxilium, nihilominus ſuppuratio partium internarum & viſcerum frequentem mortis cauſam præbet.

Si autem inflammatio partes glanduloſas occupet, non raro in his remanet durities ſcirrhoſa, quæ nonnunquam dolens evadit & cancroſa.

Benignæ resolutionis ſpes affulget, dum inflammatio nec magna, nec vehe-

mens

mens adeo, nec ſanguis nimium ſpiſſus, nec particulari imbutus acrimonia, febris moderata ſatis, atque dum adhibita remedia brevi notabile & conſtans levamen adducunt. Sin contrarium appareat, exſpectanda ſuppuratio, aut pro ratione periculoſiſſimorum ſymptomatum continuo increſcentium gangræna metuenda eſt.

In omni inflammatione cura ſanguinem attenuans & refrigerans locum habet, cuncta vero remedia calida nocent & gangrænam accelerant. Venæ ſectio primum ſummeque neceſſarium remedium ſecundum febris genium, ægri vires & inflammationis vehementiam repetenda eſt. In prima ſtatim venæ ſectione exiſtente inflammatione magna & ſufficiens detrahatur ſanguinis copia ab Unciis ſcilicet duodecim ad viginti usque, ſi ægri conditio non contradicat.

Si pars aliqua multum irritabilis & ad vitam ſumme neceſſaria inflammetur, e. g. cerebrum, pulmo, cor &c. prima vice venæ ſectio ad leve animi deliquium uſque celebretur. In ſubſequis autem venæ ſectionibus cautius procedendum eſt, ne ægro nimia debilitas inducatur, ſed ſolummodo

febris ita moderanda eſt, uti in febribus acutis continuis antea jam dictum fuit.

Præter venæ ſectiones requiritur, ut æger copioſum potum attenuantem, emollientem, refrigerantem, & quæ hujus generis *ſub Nro. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.* habentur, ſedule aſſumat.

Clyſmata emollientia & refrigerantia aut remedia *ſub Nro. 7. 8.* leniter purgantia & alia hujus generis indicantur, dum calor & febris vehemens, alvus conſtipata aut ſegnior duriorque ſaltem ſit.

Externe parti inflammatæ continuo fomenta aut cataplaſmata emollientia calide applicantur.

Quod ſi hæc remedia non ſufficiant, ſed dolor ſua vehementia per plures dies continuet, & æger frequenter vagos experiatur horrores, intelligitur ut plurimum parum pro benigna reſolutione ſupereſſe ſpei, ſed inflammationem in ſuppurationem tendere.

Suppuratio promovetur dolore & febre, quæ initio ſuppurationis ſemper augetur; hinc imprudenter omnino & nocive ageret, qui, dum benignam reſolutionem

non

non amplius ſperari poſſe cognoſcit, ſine cauſa urgente per multas venæ ſectiones, aut remedia, attenuantia, refrigerantia ægrum nimium debilitaret, naturamque in opere ſuo turbaret.

Suppurationis tempore multa potulenta emollientia *ſub Nro. 5. 9. 10.* porriguntur ægro, & cataplaſmatibus emollientibus ad partes externas ſedule continuatur; ſi vero ſuppuratio tardo procederet pede, cataplaſmatibus his ſtimulantia & maturantia addi debent, ut celerius peragatur.

Suppuratione facta dolor plerumque & febris notabiliter remittunt, unde mox adhibenda cura, ut ſecundum artem puri exitus concilietur, ſi natura ſibi ſola non ſufficiens viam nullam manifeſtet.

Si nulla incipientis ſuppurationis ſymptomata adſint, imo quæ adſunt, in pejus ruant, ſi dolor ardens, intollerabilis ægrum infeſtet, gangræna metuenda eſt.

Ut primum hæc adeſſe incipit, minuuntur dolores, ſubitoque ſæpe in integrum ceſſant, unde æger ſibi ipſi & adſtantibus extra omne periculum poſitus videtur; verum debilis eſt pulſus, vacillans, parvus,

inæ-

inæqualis & intermittens, extrema frigent, labia cæruleſcunt, cavi ſunt oculi, reſpiratio eſt inæqualis, totumque corpus glutinoſo perfunditur ſudore. Ex his & aliis ſignis indubitatis cognoſcitur ſubitam hanc ægro & adſtantibus apparentem meliorem morbi conditionem fallacem eſſe, potiusque mortem deſignare quam morbi emendationem.

Leviſſimis modo futuræ gangrænæ apparentibus ſignis illico omnibus valedicendum eſt remediis refrigerantibus & emollientibus: ſed exhibenda ſunt ea, quæ vires conſervant, augent, & putredini averſantur, qualia *ſub Nro. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.* habentur. In tam triſti caſu cortex peruvianus *ſub Nro. 19.* unicum ſæpenumero remedium eſt, quod vitam ſervare valet. Si autem æger remedii hujus adeo ſalutaris ſufficientem quantitatem quacunque demum forma per os aſſumere non poſſet, idem forma clyſmatum per anum ingerendum eſt.

Frequentiſſime hoc unicum remedium gangrænam avertere, vel jam præſentem præ-

præcipue in partibus externis a vivis ſeparare valet.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Lapid. cancror. gr. xx.
Nitr. pur. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 2.

℞. Nitr. pur. dr. j.
Syr. ribes. Unc. j.
aq. fl. ſambuc. Unc. vj.
m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlearia.

Nro. 3.

℞. Hord. crud. Unc. viij.
Aq. pur. lib. iv.
coq. p. ½ hor. dein colatur. adde:
Nitr. pur. dr. j.
Oximel. ſimplic. aut
Mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 4.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
Rad. acetoſ. Unc. β.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. ij. adde:
Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 5.

℞. Rad. altheæ. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 6.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. fl. ſambuc. Unc. viij.
m̄.

Sumat omni hora duo cochlearia.

Nro. 7.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. miſt. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 8.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. altheæ Unc. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.

Uſus ut prioris.

Nro. 9.

℞. Rad. altheæ Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
Glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in fervida infuſione p.
¼ hor. colatur. lib. ij. exhibe.

Uſus ut prioris.

Nro. 10.

℞. Rad. altheæ Unc. ij.
ſol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. d. ſpecies p. potu theato.

Nro. 11.

℞. Decoct. hord. lib. ijß.
vin. generoſ. Unc. iij.
m̄.
Sumat vaſculatim.

Nro. 12.

℞. Hb. rutæ
— ſcord. aâ M. j.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. p. $\frac{1}{2}$ hor. vaſe clauſo. dein colatur. lib. ij.
adde:
ſyr. contrajerv. Unc. ij.
ſpir. vitriol. gtt. xx.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 13.

℞. Rad. imperator.
— leviſtic. aâ dr. j.
hb. meliſſ. M. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. fervid. p. $\frac{1}{4}$ hor. vaſe clauſo.
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. rub. idæi. Unc. jß.
liq. anod. mineral. gtt. xv.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 14.

Nro. 14.

℞. Rad. valerian. ſylveſt. dr. ij.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. vaſe clauſo p. ½ hor.
colatur lib. ij. adde:
ſyr. cort. aurant. Unc. jß.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 15.

℞. Aq. ſtillat. rut. Unc. viij.
ſyr. rad. 5. aperient. Unc. jß.
Tinctur. rad. contrajerv. dr. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 16.

℞. Camphor. gr. j.
lapid. cancror. gr. xx.
m̄. f. pulv. & detur talis omni bihorio.

Nro. 17.

℞. Camphor. gr. viij.
mucilag. gum. arabic. dr. ij.
in mortario marmoreo bene ſubactis adde miſcendo:
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni hora cochlearia.

Nro. 18.

℞. Camphor. gr. viij.
amygdal. dulc.
ſemin. melon. aâ Unc. j.
fiat cum ſ. q. aq. emulſio
colatur lib. jβ. adde:
ſachar. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.
℞. Pulv. alkohol.. Cort. peruvian. Unc. j.
aq. rutæ Unc. x.
ſyr. menth. Unc. ij.
vin. bon. Unc. iij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlearia.

De Phrenitide.

Si cerebrum vel, ut ſæpiſſime contingit, ejus meninges inflammentur, ſigna ut plurimum ſequentia videre eſt. Æger mox in principio de intollerabili cephalalgia, de calore ardente & ſiti inexplebili conqueritur; facies profunde ruber, oculi ſcintillant & rubore igneo circumfuſi conſpiciuntur. Tum delirare incipit, impetuoſe reſpondet & multum redditur inquietus, continuo le-

cto

cto exſilire tentat, corpus denudat ſibi non conſcius, manibus floccos carpit, tandem delirio accedit ferocia, neminem ſuorum cognoſcit, irruit in circumſtantes, quos ſputis conſpurcat; ſi ferox talis paroxyſmus aliquantum remittat, tacite ſubmurmurat, ſtridet dentibus, alvum & urinam ad lectum deponit inſcius aut ſæpe bilem vomit æruginoſam.

Nonnunquam tales ægri poſt ferox delirium ad ſe redeunt, ſibique in integrum præſentes eſſe videntur, omnes noſcunt, placide loquuntur & ſubrident, attamen his fidendum non eſt, inopinate enim ſæpe in adſtantes irruunt & momento citius ferociſſimo corripiuntur delirio brevique poſt mortem oppetunt. Pulſus in his plerumque valde celer, tremulus, inæqualis & ſuppreſſus eſt, urina ſæpiſſime rubra & flammea habetur, neque bonum eſt ſignum, ſi pallida & aquoſa evadat.

Nonnunquam tertio jam, quarto aut quinto morbi die mors præ foribus eſt.

Cum hic morbus inflammatorius omnium maxime periculo & vehementia ſtipatus ſit, mox initio ſtrenue pugnandum eſt

illis remediis, quæ antea in inflammatione pro ratione ſymptomatum laudabantur.

Præprimis requiruntur hoc in morbo venæ ſectiones copioſæ, clyſmata emollientia, refrigerantia aut remedia *ſub Nro. 1. 2. 3. & 4.*, quæ alvum conſtanter apertam ſervent, impetum ſanguinis minuant, ut tali ratione ſanguinis affluxus caput verſus retardetur.

Ad hæc multum contribuit, ſi æger ſæpius in lecto erectus ſedeat, balneo pedum mane ac veſperi utatur ſemihoræ ſpatio, & ſinapiſmus *ſub Nro. 5.* continuo plantis pedum applicetur.

Pari ratione multum conducit ſanguiſugarum infra aures vel ad vaſa hæmorrhoidalia, ſi tumentibus æger laboret, applicatio, unde ſemper an hæmorrhoidarius ſit, nec ne, examinari debet.

Si his ſedulo exhibitis & applicatis remediis febris & ferox delirium mitigentur, æger caput levatum ſentiat & pacatus ſit, facies pallidum nanciſcatur colorem, oculi non amplius ſplendore niteant, ruborque igneus evaneſcat, ſpes futuræ ſanationis affulget. Nihilominus tamen pro genio

ſympto-

ſymptomatum iisdem adhuc inſiſtendum eſt remediis.

Si vero cuncta laudata remedia nullam opem ferre, ſed morbus una cum ſymptomatibus in pejus ruere videatur, eadem ſuccurrendum erit methodo, ut antea in febrium acutarum hiſtoria de cephalalgia aut retrogreſſis ad caput exanthematibus repulſaque materie morboſa dictum fuit.

Hæmorrhagia narium, hæmorrhoidumve ſæpenumero hunc morbum plurimum levat.

Si autem inflammatio in ſuppurationem abeat, febris quidem remittit, deliriumque minuitur, verum plerumque hujus ſuppurationis ſequelæ funeſtæ ſunt, materia enim purulenta cranio incluſa mora & calore acris redditur, partes adjacentes rodendo continuam & intollerabilem cauſat cephalalgiam, vigilias, non intermittentem vertiginem, anxietates & nonnunquam apoplexiam pluriumque partium paralyſim, nec non aliquando epilepſiam inſanabilem aut denique permanentem in omnem vitam ſtupiditatem.

Nonnunquam interim pus ſibimet ipſi viam quærit, & per aures, nares, canthos oculorum effluit aut tumores & ulcera colli producit; frequentiſſime tamen per aures & nares exitum tentat & effluit.

Si per aures exitum molitur, æger, ſiquidem mente conſtet, de ingrato aurium ſuſurru & dolore conqueritur aut plane ſurdus evadit.

Simile quid nil mali portendit, ſed illico cataplaſmata emollientia & diſcutientia ad aures parteſque vicinas continuo applicare oportet; horum ope efficitur non raro, ut tandem per unam vel utramque aurem materies purulenta aut etiam aquoſa effluat, atque tali ratione auditus ſimul recuperetur & ſanitas.

Quamdiu vel minimus ſuſurrus vel moleſti quidpiam in auribus aut circa eas adhucdum ſupereſt, tamdiu cataplaſmata & leviſſime irritantes injectiones intermitti non debent, ut ſic omnis omnino materies evocetur.

Si vero talis materies ad oculos deponatur, oritur ut plurimum medelam non agnoſcens cæcitas.

Verum

Verum pro bono merito omine cenſetur, ſi tales ægri de artuum aliarumque corporis partium doloribus lamententur, indicant enim hi non raro materiem morbi verſus has partes depoſitionem moliri, quæ ut eo citius huc alliciatur & derivetur, neceſſum eſt his partibus fermentum panis aut ſinapiſmum *ſub Nro. 5.* conſtanter admovere.

Si igitur talis depoſitio cum notabili ægrotantis levamine & imminutione morbi obveniat, hæc, ut antea in febribus acutis dictum erat, tractatur. Interim metaſtaſes ad parotides in hoc morbo rariſſime firmum levamen largiuntur.

Sæpius ſubitaneo materies morbi deponitur ad pulmones: ſi brevi poſt tuſſis ſuccedat & ſputum levans, boni quid ſperare licet reliquis ſimul ſymptomatibus notabiliter emendatis. Verum talis metaſtaſis raro felicem agnoſcit eventum, ſiquidem mors ut plurimum brevi vitæ finem imponat.

Inter ſigna bona haud immerito refertur, ſi tales ægri multam craſſam & turbidam mingant urinam, quæ brevi copioſum ſedimentum puriforme ad fundum deponit,

aut ſi diarrhæa accedente caput per has evacuationes liberum magis reddatur.

In majori longe periculo e contra verſatur æger, dum iſchuria adeſt, vel urina tenuis & aquoſa excernitur, aut dyſenteria obvenit, ſi a continuo eoque dolente ſingultu torquetur, aut ſi mucum nigrum & putridum aut bilem vomit æruginoſam.

Remedia opiata hoc in morbo maxima cum cautela exhibenda veniunt; quamdiu enim febris & inflammatio durat, tamdiu opiata nocent. Si autem adhibita cura & febris & inflammatio fugatæ ſunt, atque æger integre mente conſtet, interim dormire non poſſit, opus erit veſperi emulſum *ſub Nro. 6.* exhibere & pro ratione vigiliarum continuare.

Nonnullis ægris debellata feliciter inflammatione & febre tanta ſæpe debilitas capitis tantaque partium antea inflammatarum remanet irritabilitas, ut poſthac etiam, dum corpus totum per cibos eupeptos vires jam ſufficientes recuperavit, ſæpius absque omni cauſa cognita delirent, his ſalutaris erit emulſio *ſub Nro. 7.* quam per aliquot dies in uſum trahere oportebit; ſi nec hæc opta-

optatum præſtiterit effectum, cortex peruvianus *ſub Nro. 8.* exhibendus ſupereſt.

Reconvaleſcentes ex hoc morbo longo tempore ab omni ſtudio intenſiori, longiori lectione, meditatione profundiore ſibi cavere debent, ſecus memoriam ſuam multum debilitant & hebetis ingenii evadunt.

Formulæ.

Nro. 1.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
Nitr. pur. dr. j.
Syr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 2.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.
Sumat ter vel quater de die unum cochleare.

Nro. 3.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. althe. Unc. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jß. adde:
Nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc jß.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 4.

℞. Rad. altheæ Unc. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur lib. jß. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 5.

℞. Ferment. pan. acid. lib. j.
ſal. commun.
farin. ſem. ſinapi aâ Unc. jß.
aceti q. ſ. ut f. paſta
detur uſui.

Nro. 6.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
f. l. a. cum ſ. q. aq. emulſio
colatur lib. j.
adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 7.

℞. Amygdal. dulc.
Semin. melon. aâ Unc. j.
camphor. gr. vij.
f. l. a. emulſio
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. papav. alb. Unc. jß.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 8.

℞. Cort. peruvian. ſelectiſſ. Unc. jß.
coq. ſ. q. aq. per horam.
colatur. Unc. vj.
adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.
m̄.
Uſus ut prioris.

De

De Ophthalmia.

Inflammatio oculi cognoſcitur ex ardente oculi calore, nimia ſiccitate, dolore pungente, rubedine pulſuque celeriori, hac affecti omnem fugientes lucem tenebras quærunt.

Oritur hæc inflammatio vel a cauſis communibus inflammationis, aut a vi externa adhibita aut ex interna quadam materiæ acris depoſitione ad oculos facta.

Quare ſi poſt phrenitidem prægreſſam, diuturnam cephalalgiam aut alium morbum acutum vel malignum contingat, ophthalmia ſemper periculo pleniſſima eſt: omnes enim hæ inflammationes metaſtaſim materiei acris ad oculos factam pro cauſa agnoſcunt, quæ materies ſæpe non modo humores oculi ſpiſſos reddit & opacos, ſed & partes ſolidas deſtruendo efficit, ut tali ratione pertinacem & non curandam cæcitatem inducat.

Non minus ſumme nocet metaſtaſis materiei eryſipelatoſæ, malignæ, varioloſæ, morborum cutaneorum, acrimoniæ venereæ, ſcorbuticæ, podagricæ, arthriticæ &c.

aut

aut ulcerum per plures annos fluentium imprudenti conſilio per remedia externa exſiccantia, repellentia conſolidatorum aut denique fontanellæ clauſæ. Talis igitur materies metaſtatica illico ab oculis revelli & de corpore expelli debet.

Pro ratione doloris, vehementiæ inflammationis & virium ægri mox vena ſecanda & pro indicatione repetenda eſt, pariter frequentius porrigere convenit remedia fortiter alvum ducentia Nro. 1. 2. 3. 4. 5. 6. dicta. Cuncta cataplaſmata emollientia externa vitari debent in hoc caſu periculoſo plerumque ſuppurationem moventia, non minus nociva ſunt remedia externa repellentia valideque adſtringentia.

Verum cataplaſmata ex herbis diſcutientibus in dimidia parte vini & aquæ aut debili vino rubro cocta neceſſaria & ſalubria ſunt; ex his herbis etiam ſacculi parantur, qui in vino tepido parantur, quique in vino tepido tincti oculo cum ſucceſſu applicantur.

Hi ægri magnam potulentorum attenuantium, ſanguinemque depurantium copiam aſſumant, quibus acrimonia diluatur, temperetur, & ſuavi modo per vias urina-

rias

rias eliminetur, qualia Nro. 7. 8. 9. 10. 11. 12. videre eſt. Si ab hiſce ſimilibus remediis malum emendari videatur, uſus horum continuandus eſt.

Quod ſi vero quædam mutatio brevi non contingat, tunc vel ad aures vel ad nucham veſicans ponatur tempore ſat longo in fluxu conſervandum. Scarificationes & cucurbitæ ſiccæ in his caſibus maximæ ſæpe ſunt utilitatis.

Ad illas autem partes, a quibus acris materies oculos verſus derivata fuit, cataplaſmata irritantia, & ſi poſſibile ſit, emplaſtrum veſicans apponendum eſt, ut ſic demum omnis acrimonia ad eas revocetur. Ulcera imprudenti methodo clauſa pet remedia cauſtica aperienda ſunt, quod idem intelligendum eſt de fontanellis.

Si hac adhibita methodo dolor & inflammatio quidem minuantur, oculi tamen rubri adhuc, turbidi & opacati maneant, remedia *ſub Nro. 13. & 14.* exhibeantur. Multum etiam in hoc caſu prodeſt unguentum *ſub Nro. 15.*

Multo facilius curatur ophthalmia, quæ non a morbo prægreſſo aut peculiari ſanguinis

nis acrimonia, ſed quadam communi inflammationis cauſa ſuam duxit originem.

Inflammatione in partibus oculi internis hærente & ægro dolorem ſentiente pulſantem, validum, profunde in oculi orbita latentem, nec ullam ferente lucem ſemper habetur majus periculum, quam dum ſolum partes oculi exteriores afficiuntur.

Si febris valida cum ſymptomatibus vehementibus juncta ſit, cura ſtatim a venæ ſectione, remediisque refrigerantibus inchoanda & continuanda eſt: pediluvia hic multum proſunt, præſertim vero alvum ſemper apertam habere oportet; hinc omni ſecunda vel tertia die purgars *ſub Nro. 1. 2. 16.* exhibeatur. Aut id per remedia *ſub Nro. 17. 18. 19. 20.* deſcripta aut per clyſmata præſtandum eſt.

In hiſce inflammationibus, ſi ſiccæ & dolentes ſint, ſtatim initio cataplaſmata emollientia ad oculos adplicentur; ut primum vero inflammatio remittit, dolorque evadit tolerabilis, cataplaſmata diſcutientia præferuntur emollientibus, quæ ſæpe ſat celeriter totum malum ſufferunt: multum

boni

boni exſpectandum eſt a continuato uſu remedii *ſub Nro. 21.* deſcripti.

Dolore vero & febre penitus ceſſante & non ſufficientibus cataplaſmatibus diſcutientibus, ut partes relaxatæ roborentur, tollaturque in integrum inflammatio, ſine omni metu remedia repellentia, leniter adſtringentia & roborantia applicare licet, qualia *ſub Nro. 23. 24. & 25.* videre eſt.

Si poſt inſtitutas debita quantitate venæ ſectiones, poſt exhibita remedia attenuantia, purgantia ſuum febris moderamen conſecuta ſit, inſomnes tamen æger noctes tranſigere cogatur, remedium *ſub Nro. 25.* quotidie ad veſperas porrigatur.

Quod ſi vero Ophthalmia a vi externa orta ſit, aut a contuſione, quin tamen vaſa disrupta fuerint, totum malum jugulari poterit, ſi ſtatim & conſtanter aqua frigida applicetur: hic calida & emollientia cataplaſmata plurimum mali cauſarent.

Si talis inflammatio in ſuppurationem abit, & pus inter oculi membranas aut in camera anteriori haberetur, prudenti operatione educendum eſt.

Sæpe

Sæpe ophthalmia diu perſtans originem trahit a materie acri, quæ in vicinia oculi præcipue in palpebris ſedem figit, continuo partes has vellicat, ruborem, pruritum, continuas lachrymas & dolorem producit ardentem, perſæpe ſimul palpebrarum margines exulcerantur.

His præcedentibus ſignis ægri longo tempore utantur decoctis *ſub Nro. 10. 12.* ſimul etiam oculos ſæpius de die cum decocto hoc eluere & quaſi balneare ſedule debent. Poterunt etiam externe applicari remedia Nro. 26. & 27. recenſita. Verum omni ſeptimana ſemel vel bis remedium purgans *ſub Nro. 1. 2. 16.* ejusmodi ægro porrigi debet.

Sanguinis acrimonia correcta omnique abſente ardore remedio *ſub Nro. 22.* uti licet.

Formulæ.

Nro. 1.

℞. Cremor. Tartar. gr. xx.
rad. Jalap. ſcr. ij.
m. f. pulv. p. doſi.

Nro. 2.

Nro. 2.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
aq. laxativ. D. V. Unc. jv.
m̄. fumat p. hauſtu.

Nro. 3.

℞. Pulv. rad. Jalap. ſcr. ij.
mercur. dulc. gr. v.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 4.

℞. Scammon. gr. xv.
reſin. Jalapp. gr. v.
mercur. dulc. gr. iij.
ſachar. alb. gr. xx.
m̄. f. pulv. tenuiſſ. p. doſi.

Nro. 5.

℞. Maſſ. pilul. mercurial. P. P. gr. xxjv.
f. inde pillul. N. vj.
d. pro doſi.

Nro. 6.

℞. Pulv. rad. Jalapp. dr. ij.
cremor. tartar. dr. iij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. donec purgetur.

Nro. 7.

Nro. 7.

℞. Hord. crud. Unc. viij.
Aq. pur. lib. iv.
coq. p. ½ hor. dein
colatur. adde:
Nitr. pur. dr. j.
Oximel. ſimplic. aut
Mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 8.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
— acetos. Unc. β.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 9.

℞. Rad. altheæ Unc. j.
fol. alth. m̄. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
colatur. lib. ij. adde:
Nitr. pur. dr. j.
Oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.
Sumat ut prius.

Nro. 10.

℞. Rad. altheæ. Unc. j.
fol. althcæ. m̄. j.
conſciſſ. coq. f. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. m̄. ij.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in ferv. infuſ. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. exhibe.
Uſus ut prioris.

Nro. 11.

℞. Seri lactis vel
Lactis ebutyrat.
d. pro potu.

Nro. 12.

℞. Rad. Bardan. Unc. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
rad. fænicul. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ. p. ½
hor. colatur. lib. ijß. adde:
ſyr. fumar. Unc. ijß.
liq. terr. fol. tartar. dr. iij.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 13.

℞. Extr. pulſatil. nigric. dr. j.
magneſ. nitr. dr. vj.
m̄. f. pulv. p. tenuiſſ.
Sumat ter de die quantum cuſpide cultri capi poteſt.

Nro. 14.

℞. Extr. cicut. Unc. β.
maſſ. pilul. extr. cathol. dr. j.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die pilul. tres.

Nro. 15.

℞. Butyr. recent. Unc. j.
pulv. tutiæ pptæ dr. ij.
pulv. vitriol. cypr. gr. vj.
mercur. præcipitat. rubr. gr. xxv.
m̄. exactiſſ. ut fiat unguentum.

Nro. 16.

℞. Fol. ſenn. Unc. β.
mann. elect. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. miſt. infunde in aq. fervid. Unc. ij. relinque vaſe clauſo p. ½ hor. colatur. d.
pro hauſtu.

Nro. 17.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 18.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob ſambuc. aá Unc. ij.
m̄.
Sumat ter vel quater de die cochleare unum.

Nro. 19.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. althcæ Unc. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. cleƈt. Unc. jß.
ſyr. berberum Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 20.

℞. Rad. altheæ Unc. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.

m̄.

Uſus ut prioris.

Nro. 21.

℞. Pulp. pomor. acido dulc.
micæ panis alb. aā Unc. iij.
fl. ſambuc. m̄. ij.
coq. ſ. q. aq. in form. cataplaſm. ſub finem addendo:
camphor. gr. x.
croc. auſtriac. ſcr. j.

m̄.

Ut in molli linteolo cataplaſma oculis imponatur & renovetur, quando frigeſcit.

Nro. 22.

℞. Aq. roſar. Unc. vj.
acet. litharg. gtt. xij.
m̄. pro collyrio.

Nro. 23.

℞. Flor. Zinci dr. ß.
aq. roſar. Unc. vj.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 24.

℞. Vitriol. alb. gr. vj.
ſolve in
aq. roſar. Unc. jv.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 25,

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
f. l. a. cum ſ. q. aq. emulſio,
colatur. lib. j. adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vaſculum.

Nro. 26.

℞. Aq. roſar. Unc. v.
mucilag. ſemin. cydon. Unc. j.
m̄.

Nro. 27,

℞. Unguent. de tutia dr. iij.
d. uſui.

De

De Inflammatione Auris.

Hæc inflammatio cognoſcitur, dum æger de intolerabili, pungente, ardente, pulſante unius vel utriusque auris dolore lamentatur cum pulſu conſtanter febrili. Hi ægri multum inquieti ſunt, ſomno deſtituuntur, ſæpe incidunt in delirium, & nonnunquam validiſſimis & periculoſiſſimis laborant ſymptomatibus.

Quare hic morbus non minus periculi habet ac ipſa phrenitis, unde eadem methodo, ut phrenitis, tractari debet.

De Angina.

Per Anginam cuncta illa intelliguntur, quæ deglutitionem difficilem & dolorificam aut prorſus impoſſibilem reddunt.

Cum hæc mala eorumque cauſæ multum a ſe invicem diſcrepent, etiam angina ejusque cura varia eſt.

Frequentiſſime faucium & æſophagi partes internæ inflammantur. Præſente tali inflammatione ægri in deglutiendo pungen-

tem & ardentem dolorem una cum febre acuta continua experiuntur. Prout hæc inflammatio vehementior fuerit aut mitior, plures plusque irritabiles affecerit partes, ita quoque & ſymptomata producta & febris jam mitiora ſunt, jam vehementiora.

Hæc inflammatio fere ſemper oculis conſpicua eſt, & ſolummodo videri nequit, dum profunde adeo in faucibus ſedem figit, & æger os non ſufficienter aperire aut lingua ſine ſubſequo vomitu deprimi non poſſit. Tunc igitur inflammationis & periculi magnitudo ex dolore, impetu febrili & reliquis ſymptomatibus ſolum intelligenda eſt.

Contingit non infrequenter, ut ſubitam refrigerationem ſequatur horror, brevique poſthac per univerſum corpus ſuccedat calor cum artuum omnium dedolatione, moleſta & dolente deglutitione pulſuque febrim manifeſtante.

Si quis talia ſentiat ſymptomata, in principio ſtatim quietus maneat, aërem, frigidosque vitet potus, partes colli externas foveat, multaque potulenta attenuantia & emollientia *ſub Nro. 1. 2. 3.* nec non mane ac veſperi pulverem *ſub Nro. 4.* aſſu-

ſumat, & tali ratione levem ſudorem excitare conetur; perſæpe ſimplici hac methodo æger celeriter reſtituitur, & non raro magnus & periculo plenus avertitur morbus.

In plethoricis ſæpe unica venæ ſectio ſanitatem reducit in principio, antequam altioris morbus radices figat, inſtituta. Si autem plethoricus non ſit, ſæpe remedium purgans *ſub Nro.* 5. 6. 7. ſufficiens eſt morbum hunc in integrum jugulare, modo quietus maneat æger & ab omni frigore ſibi caveat.

Jam profunde hærente inflammatione conſequenter ægro cum difficultate & dolore deglutiente multumque vehementi comitante febre non tam cito nec tam facile curæ auſcultat morbus: quare ſine mora ſecundum ægri ſtatum larga venæ ſectio inſtituenda & poſt duas treſve horas repetenda eſt tamdiu, quamdiu ſymptomata pulſusque & ægri vires eam expoſtulant.

Pari ratione, quantum poſſibile, decocta emollientia & refrigerantia *ſub Nro.* 8. 9. ingerenda ſunt: præcipue vero in hoc remedia purgantia deſiderantur, unde mox

prima

prima die præmiſſa venæ ſectione recenſitum *ſub Nro. 6. 7.* purgans exhibeatur, quod ſequenti aut tertio die an repeti debeat, nec ne, ſymptomata docebunt, aut horum loco remedia Nro. 10. 11. 12. & 13. deſcripta propinentur, donec corpore ſufficienter purgato morbus levatus ſit.

Si vero ægri hæc remedia ſufficienti copia deglutire impediantur, per clyſmata frequentiora alvus ſollicitanda eſt.

Externe toti collo apponuntur calida emollientia cataplaſmata, & quamdiu in faucibus ſiccitas, dolor & tenſio adſit, tamdiu æger decocta emollientia Nro. 2. 3. enarrata ſedule ore teneat, aut ſubinde vaporem aquæ tepidæ ad partes inflammatas admittat, ſi vero partes inflammatæ craſſo muco obductæ ſint, ſæpius fauces leni gargariſmate *ſub Nro. 9.* depurandæ ſunt, aut ſimili decocto ope ſiringæ facienda injectio.

Si his adhibitis inflammatio remittat, æger facilius deglutiat, enarratis antea remediis refrigerantibus & emollientibus ad finem morbi uſque continuandum eſt, veſperi vero cataplaſmatum emollientium lo-

co

co emplaſtrum de meliloto collo apponitur.

Si tamen tali medendi methodo nihil efficiatur, inflammatio adhucdum valida ſit & deglutitio (etſi ſanguis ſufficienter miſſus, exhibitaque fuerint purgantia) dolens nihilominus & moleſta permanet, toti collo cataplaſmata irritantia applicanda veniunt: ſapo niger ſufficienti quantitate aquæ in pultis conſiſtentiam coctus & applicandus cito & bene operatur, quod idem de fermento panis, tum de ſinapiſmo Nro. 14. deſcripto intelligendum eſt.

Hiſce vero remediis ſpatio viginti quatuor horarum optatum non præſtantibus effectum, illico totum collum emplaſtro veſicante involvendum eſt; communiter accidit, ut ægri magnum inde levamen experiantur, ut primum enim hoc emplaſtrum epidermidem in veſicam elevare incipit, facilis ut plurimum deglutitio revertitur.

Accidit nonnunquam, ut jam in principio non ſolum deglutitio dolens & moleſta ſit, verum ſimul & reſpirationis adſit impedimentum, æger tunc in maximo verſatur vitæ diſcrimine, quod non raro adhuc

exa-

exaſperatur, quia ægri cuncta, quæ deglutire conantur, per nares aut denuo per os ejicere coguntur; his etenim per remedia interna auxilium ferri nequit, hinc facies illorum brevi ex cæruleo rubeſcentem nanciſcitur colorem, oculi ſua protruduntur orbita, & lingua non raro extra os pendula tumida cernitur.

In hoc caſu ſubito magna ſanguinis copia venæ ſectione extrahenda, quæ ad minimum omni ſecunda hora, quamdiu vires admittunt, repetenda eſt; non minus frequentia injicienda ſunt clyſmata una cum continua cataplaſmatum emollientium applicatione, nec non vaporis aquæ tepidæ admiſſione, cucurbitæ etiam ſiccæ ad collum & partes vicinas applicentur: ſi tamen his omnibus adhibitis intra duodecim horarum ſpatium æger nullum ſolamen perciperet, ſubito toti collo emplaſtrum veſicans applicandum eſt, quod toties plurimis ſaluti fuit. Utprimum vero æger quidquam deglutire valet, remedia prius nominata magna quantitate ingurgitari debent.

Si vero nec emplaſtrum veſicans opem ferre videatur, merito ſuffocationis metus haberi poteſt, in caſu tam periculoſo vix quidquam remedii præter bronchotomiam ſupereſt; hæc, quantum fieri poſſibile, citiſſime inſtituatur, ut tali ratione ægro reſpiratio procuretur.

Inflammatio, etſi cuncta tentata fuerint, benigne non reſoluta ſæpiſſime abit in ſuppurationem; ſi jam eo res devenit, nec urgens adſit neceſſitas, vena amplius ſecari non debet, ne vires ad hoc negotium perficiendum neceſſariæ exinde debilitentur. Ita quoque hoc tempore ab omnibus aliis evacuationibus cavendum eſt, ſolumque in uſum trahenda decocta emollientia, quæ æger ore tepida teneat, & externe cataplaſmata emollientia non negligat.

Etenim his promovetur & ad maturitatem perducitur ſuppuratio; ſi itaque ſigna oſtendant ſufficientem puris copiam in ſacco quodam collectam eſſe, non tamen hic ſaccus ſponte ſua rumpatur, arte aperiendus eſt.

Aperta vomica mox multum levaminis ægri & ſæpe jam ſine omni moleſtia deglutiunt.

tiunt. Verum nunc conſiderare oportet, an materies hæc educta boni moris aut an acris & fætida ſit: materie bona vulnus facile conſolidatur, decocto *ſub Nro. 15.* æger ſe gargariſet, aut idem ſibi injici curet. Si vero pus acre, mali moris aut odoris ſit, ſi partes antea inflammatæ profunde fuſcæ & nigricantes appareant, talia ulcera illico remediis detergentibus & putredini reſiſtentibus *ſub Nro. 16. 17.* tractari debent, ſimulque videndum eſt, an non jam partes vicinæ arroſæ & læſæ ſint, aut forte acrimonia ſinus & fiſtulas effecerit.

Partibus vicinis arroſis per remedia *ſub Nro. 16. 17.* tentari debet iterata depuratio & conſolidatio,

Si vero hæc materies inter partes adjacentes jam ſeſe inſinuaſſet, multæ malæ ſequelæ metuendæ ſunt; ſi ad externam colli ſuperficiem tendens ſibi aperturam paraſſet, & exitum molita fuiſſet, ſæpius auxilium afferri & felix cura perfici poteſt; ſi vero ad partes interiores profunde hærentes verſus ventriculum aut in aſperam arteriam in thoracem aut pulmonem penetraſſet, æger difficulter admodum ſanitati reſtituitur,

tur, cum remediis externis neceſſarioque manuum acceſſui locus non detur, interna autem remedia ut plurimum ad curam non ſufficiunt. Injectiones tamen in hiſce caſibus *ſub Nro. 17.* & ſequentia remedia Nro. 18. & 19. præſtant effectum, remedium ultimum ex flammula Jovis etiam pro injectione ſervire poteſt.

Veræ & benignæ colli inflammationes, etſi validæ & periculoſæ, raro tamen in gangrænam abeunt.

Nihilominus perſæpe fit, ut anginæ malignæ obveniant, quæ tamen ut plurimum ſedem ſuam tantum in ſuperficie æſophagi habent, nec tam magnum tenſumque, ut anginæ benignæ, efficiunt tumorem, dolor tum ardens magis eſt, quam pungens, color partium inflammatarum profunde ruber aut fuſcus, raro æquabiliter extenſus, ſed ſolummodo maculas aut ſtrias format, deglutitio ab initio multum moleſta non eſt, neque pulſus multum recedit a naturali; ægri hi ſæpius de artuum dedolatione, capitis gravitate & pauca tantum ſiti conqueruntur. Subjecta, quæ acrem, ſcorbuti-

cum

cum & in putredinem pronum poſſident ſanguinem, ſæpiſſime tali angina laborant.

Si tales inflammationes admodum malignæ ſunt, brevi colorem ſuum in lividum mutant. Hinc inde apparent variæ veſiculæ ichore repletæ, brevi in ulcera mutantur, & partes vicinas ſibi accumbentes arrodunt, ſæpeque validum ardorem in æſophago, ventriculo & ſub oſſe ſterni cauſant, unde hi ægri ſimul fætidum exſpirando ſpargunt odorem. Nonnunquam in hiſce ulceribus cruſta oritur lardacea, aut exreſcentiæ fungoſæ profunde rubræ & nigreſcentes ſe manifeſtant, tandem ejusmodi ulcera totas ſæpe fauces obſident, varias linguæ partes, gingivas totumque os arrodunt, unde plurimum moleſta & ardenter dolens evadit deglutitio; nonnunquam epidermis intra os protenſa ſecedit plenaria tota in putrilaginem diffluens, cum his ſymptomatibus ægri vires collabuntur, pulſus redditur mollis & debilis, oriuntur anxietates & non raro mors ſat cita ſequitur.

In hac anginæ ſpecie non ſecus ac in febribus putridis caute cum venæ ſectione

mer-

mercandum eſt, nec niſi jubente neceſſitate remedia purgantia aut clyſmata exhiberi debent, ne magna nimis ægrum debilitas prehendat. Sed æque per remedia leniter roborantia putredinique adverſa, quæ in febribus putridis antea laudabantur, corruptionem impedire & vires conſervare oportet. Nocent in hoc caſu quamplurimum omnia emollientia gargariſmata, ſed leniter refrigerantia & diſcutientia *ſub Nro.* 20. 21. exhibenda ſunt. Si vero maculæ profunde rubentes adſint aut lividæ, ſæpius illiniri debent remedio leniter irritante & depurante *ſub Nro.* 22. Non ſolum hoc ſed & remedium *ſub Nro.* 23. multum quoque prodeſt, ſi ulcera & fungoſæ excreſcentiæ & cruſta lardacea jamjam appareant; quod ſi vero hæc ardentem dolorem cauſarent, remediis demulcentibus *ſub Nro.* 24. & 25. leniendus eſt.

Sæpius ulcuſcula parva ſolitaria videre eſt, quæ in medio alba rubrum vero marginem habent; in ſanis cæteroquin corporibus ejusmodi non multum portendunt, facileque aut ſponte ſua evaneſcunt aut per remedia Nro. 15. 21. 22. abiguntur.

In illis vero, qui ſanguinem acrimonia imbutum gerunt, non raro valde maligna evadunt, fauces obſident, & maximam oris partem, atque adeo ſeſe extendunt, ut tota lingua, buccarum interna ſuperficies & fauces membrana alba granulata inveſtiantur; his in circumſtantiis plurimum profunt remedia *ſub Nro. 20. & 21.* quorum ultimum multum demulcet, ſi ſubinde per aliquod tempus in ore tepide retineatur, aut pro eluendo leniter ore & gargariſando adhibeatur.

Si vero cruſta hæc alba valde tenax ſit, aut æger ex ore abominabilem ſpiret fœtorem, fuſcæ hinc inde aut nigricantes appareant maculæ & ſtriæ, remediis *ſub Nro. 22. 23.* utendum eſt, interne vero decoctum cort. peruvian. *ſub Nro. 26.* exhiberi debet.

Ut primum hæc membrana ſecedit, odor ingratus minuitur, maculæ fuſcæ, lividæ diſparent, & fundus læte rubens conſpicitur, cumque remedia ex ſpiritu ſalis præcedenti paragrapho laudata cum dolore ardente adhibeantur, horum loco remedia Nro. 24. 25. & 27. applicanda veniunt.

Sæ-

Sæpenumero ſat longo tempore pro ratione ſymptomatum modo hæc, modo illa ſuperius laudata remedia propinari debent. Decoctum tamen ex cortice peruviano Nro. 26. deſcriptum prætermittendum non eſt, donec æger ſufficientes habeat vires, nec putridi quidquam aut gangrænoſi amplius in ore advertatur.

Morbo percurato remedia *ſub Nro. 27. 28. 29.* ſat diu in uſum adhibere plurimum valet ad recidivam mali præcavendam.

Nonnunquam fauces aquoſo & frigido turgent tumore, unde valde moleſta difficilisque redditur deglutitio; talis angina raro febrim comitem habet, nec de ſiti conqueruntur ægri, in hoc caſu decocta diſcutientia *ſub Nro. 30. 31. 32.* aut diuretica *ſub Nro. 33.* imo & remedia purgantia *ſub Nro. 34. & 35.* cunctaque purgantia Nro. 5. 6. 7. bene conducunt; pro gargariſmate vero remedia *ſub Nro. 30. 32. 36.* pulchre inſerviunt; externe ſacculi ſicci ex farina fabarum, floribus ſambuci addita camphora conſtanter collo admoveantur.

Quod ſi laudata hæc remedia intra breve tempus non debitum ferrent levamen,

 ad

ad nucham aut ad totum collum emplaſtrum veſicans applicandum eſt.

Sæpe videre eſt tumores hos frigidos aquoſos adeo intumeſcere, ut non ſolum deglutitio, ſed & reſpiratio impediatur; ſcarificatio horum tumorum adhibenda, pariterque toti collo ad periculum inſtantis ſuffocationis prævertendum apponendum veſicans eſt.

Sæpius poſt anginam ſive inflammatoriam, ſive non inflammatoriam tonſillæ aut colli glandulæ volumine auctæ & induratæ manent, quibus ſin minus impeditur, difficilior ſaltem redditur deglutitio: in hoc caſu remedium Nro. 17. ſæpius in ore calide retentum, ſimulque tempore ſat longo medicamenta *ſub Nro. 37. & 38.* in uſum tracta partim levamen attulerunt, partim integram perfecerunt curam: verum cuncta remedia acria & cauſtica vitanda ſunt, quæ has indurationes exaſperant & cancroſas reddere poſſunt.

Indurationes profunde hærentes aut prægrandes perſæpe non ſolum deglutitionem, ſed & reſpirationem vitiantes plus periculi portendunt; in hoc caſu eadem re-

me-

media tentare oportet, ſiquidem toties optato cum effectu exhibita fuere.

Viri hypochondriaci & fœminæ hyſtericæ frequentiſſime talem experiuntur faucium conſtrictionem, ac ſi globus hæreret, qui deglutitionem & reſpirationem impediret. Totum hoc malum ſpaſmis ſuam debet originem. Si odoramenta fætida, uti plumæ accenſæ, ungulæ, cornua animalium, caſtoreum, ſpiritus cornu cervi, aſa fætida, ſpiritus ſalis ammoniaci naribus admoveantur, ægri nonnullos eructant flatus & reſpirationis æque ac deglutitionis difficultas una cum globo in faucibus apparenter hærente ſubito evaneſcit, verum malum hoc frequentius recrudeſcere conſuevit.

Igitur finito paroxiſmo oportet ægros uti remediis, quæ futuros avertant; pilulæ *ſub Nro. 39.* multum in hunc ſcopum ſerviunt; ſi vero tales ægri valde debiles eſſent, & ſpaſmus ſuam cauſam a debilitate nervorum duceret, longo tempore remediis *ſub Nro. 40. & 41.* inſiſtendum eſt.

Non raro faucibus obvenit paralyſis, & hi ægri non ſolum deglutire nequeunt, ſed & omnia aſſumpta per nares aut denuo per

os rejicere coguntur. Caſus hic admodum periculoſus & non raro lethalis eſt, nonnulli tamen debita adhibita medela curantur.

Plethoricis mox vena ſecanda & ſecundum vires repetenda eſt; plethora vero non præſente noceret venæ ſectio: attamen ſemper requiritur, ut per frequentiora clyſmata eluantur inteſtina & fœces evacuentur. Hoc facto eadem via alimenta & medicamenta ingeri debent.

Quare omni alterna hora clyſma nutriens aut medicatum injiciendum eſt, ſed hæc pauca ſint, neque unquam ſex uncias excedant, ut eo longius in corpore retenta melius a vaſis bibulis reſorbeantur. Clyſmata in ſcopum nutritionis ex bono carnium jure, lacte ovi vitello ſubacto, cremore hordei, avenæ, oryzæ &c. petuntur, in ſcopum medendi vero remedia *ſub Nro. 42. & 43.* inſerviunt.

Externe collo ſinapiſmus Nrö. 14. deſcriptus aut ejus loco emplaſtrum veſicans apponitur, lingua & præcipue partes faucium poſteriores remedio Nro 44. ſæpius humectari debent.

Hac

Hac ratione contingit, ut intra duas tresve dies aliquomodo poſſibilis reddatur deglutitio, tunc medicamenta & alimenta pauca tamen copia per os ingeri poſſunt, nihilominus clyſmatum uſus nondum prætermitti debet.

Omni alterna hora præter convenientia nutrientia remedia *ſub Nro. 30. 31. 45. 46.* porrigere, & dum poſtea liberior redit deglutitio, ab adeo frequenti clyſmatum injectione abſtinere conſultum eſt, ſiquidem nunc medicamenta majori doſi ingeri poſſunt: deglutitione in integrum reſtituta, clyſmata prorſus reponi & pilulæ recenſitæ Nro. 39. exhiberi poſſunt. Si vero tales ægri corpus multum debile, debileque nervorum ſyſtema poſſideant, remedia martialia Nro. 40. & 41. præſcripta plurimum proſunt, quibus mediantibus & vires integras & perfectam recuperent valetudinem.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſſ. d. ſpecies p. Thee.

Nro. 2.

℞. Rad. altheæ Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
Glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in fervida infuſione p. ¼ hor. colatur. lib. ij. exhibe.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 3.

℞. Rad. altheæ. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. miſt. d. ſpecies p. potu.

Nro. 4.

℞. Lapid. cancror. gr. xx.
nitr. pur. dr. x.
m̄. f. pulvis p. doſi.

Nro. 5.

℞. Cremor. tartar. gr. xx.
rad. jalapp. ſcr. ij.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 6.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
aq. lexativ. D. V. Unc. iijß.
m̄. ſumat p. hauſtu.

Nro. 7.

℞. Fol. ſenn. Unc. ß.
mann. elect. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. miſt. infunde in aq. fervid. Unc. vj.
relinque vaſe clauſo p. ½ hor. dein colatur.
d. p. hauſtu.

Nro. 8.

℞. Hord. crud. Unc. iij.
aq. pur. lib. jv.
coq. p. ½ hor. colatur. dein adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.
m̄. d. p. potu.

Nro. 9.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 10.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jβ.
m.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 11.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
Rad. alth. Unc. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. jβ.
mann. elect. Unc. jβ.
ſyr. berber. Unc. j.
m.
Uſus ut prioris.

Nro. 12.

℞. Sal polychreſt. Unc. j.
mann. electꝫ. Unc. iij.
ſolve in
aq. fontan. Unc. xv.
dein adde:
ſucc. citr. Unc. iij.
ſpirit. nitr. dulc. gtt. xx.
m̄.

Sumat omni hora vaſculum, donec purgetur.

Nro. 13.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 14.

℞. Ferment. pan. acid. lib. j.
ſal. commun.
farin. ſemin. ſinapi aa Unc. jß.
acet. q. ſ. ut fiat paſta,
d. uſui.

Nro. 15.

℞. Decoct. hord. lib. ijß.
mel. roſar. Unc. j.
m̄. d. uſui.

Nro. 16.

Nro. 16.

℞. Hb. rut.
— ſcord. aâ M. j.
conſciſſ. infunde ſ. q. aq. fervid. p. ¼ hor. colatur lib. jß. adde:
mel. roſar. Unc. jß.
tinctur. myrrh. dr. ij.
m̄. d. Uſui.

Nro. 17.

℞. Hb. cicut.
flor. ſamb. aâ M. j.
conſciſſ. miſt. infunde ſ. q. aq. fervid. p. ¼ hor. colatur lib. jß. adde:
adde:
mel. pur. Unc. jß.
m̄. d. uſui.

Nro. 18.

℞. Extract. cicut. Unc. ß.
f. l. a. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die pilul. duas ſenſim augendo doſin.

Nro. 19.

℞. Hb. flammul. Jov.
glycyrrh. aâ Unc. j.
conſciſſ. m̄. d. uſui.

Nro. 20.

Nro. 20.

℞. Aq. fl. ſambuc. lib. jß.
mel. roſar.
ſyr. moror. aâ Unc. jß.
ſucc. ſemperviv. maj.
recent. expreſſ. Unc. jv.
m̄. p. collutorio.

Nro. 21.

℞. Aq. fl. ſambuc. lib. jß.
mel. roſar.
ſyr. violar. aâ Unc. jß.
ſp. vitriol. gtt. xx.
m̄. uſus ut ſupra.

Nro. 22.

℞. Mel. roſar. Unc. j.
ſp. ſal. acid. gtt. xx.
m̄. d. uſui.

Nro. 23.

℞. Aq. flor. ſambuc. lib. jß.
ſyr. moror. Unc. jß.
ſp. ſal. acid. dr. ß.
m̄. p. collutorio.

Nro. 24.

℞. Decoct. hord. lib. jß.
mucilag. ſemin. cydonior. Unc. ij.
ſyr. diacod. Unc. j.
m̄. pro. collutorio.

Nro. 25.

℞. Mel. roſar.
mucilag. ſemin. cydonior. aà Unc. j.
m̄. d. U.

Nro. 26.

℞. Cort. peruvian. ſeléctiſſ. Unc. jß.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. horam
colatur Unc. vj. adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum tepide.

Nro. 27.

℞. Rapar. alb. cum cortice Unc. vj.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur lib. jß. leviter expreſſæ
adde:
ſyr. moror. Unc. jß.
m̄. fiat collutor. aut ſumat interne omni bi-
aut trihorio vaſculum tepide.

Nro. 28.

℞. Seri lactis lactis vel
lactis ebutyrat. q. v.
pro potu.

Nro. 29.

Nro. 29.

℞. Syr. ſumar. Unc. ijß.
aq. cochlear. Unc. ij.
aq. flor. ſamb. Unc. vij
liq. terr. fol. tartar. dr. jß.
m.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 30.

℞. Rad. imperator.
— leviſtic. aâ dr. j.
hb. meliſſ. M. j.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. p. ¼
hor. vaſe clauſo.
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. rub. idæi Unc. jß.
liq. anod. mineral. gtt. xv.
m.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 31.

℞. Rad. valerian. ſylveſt. dr. ij.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. vaſe
clauſo per ½ hor.
colatur lib. jß. adde:
ſyr. cort. aurant. Unc. jß.
m.
Sumat ut prius.

Nro. 32.

℞. Hb. rutæ
— meliſſ.
— ſerpill. aâ M. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 33.

℞. Lapid. cancror.
acet. colchic. aâ dr. iij.
ſyr. alth. Unc. jß.
aq. fœnicul. Unc. vij.
liq. terr. fol. tartar. dr. ij.
ſp. nitr. dulc. gtt. xx.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlearia duo.

Nro. 34.

℞. Pulv. rad. Jalapp. ſcr. ij.
mercuri. dulc. gr. v.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 35.

℞. Pulv. rad. Jalapp. dr. ij.
cremor. tartar. dr. iij.
pulp. prunor.
roob ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio parvum cochlear, donec purgetur.

Nro. 36.

Nro. 36.

℞. Hb. ſalviæ M. jß.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. p. ½
hor. colatur. lib. jß. adde:
ſyr. ſalviæ Unc. jß.
m̄.
Sumat omni trihorio vaſculum.

Nro. 37.

℞. Sap. Venet.
extr. cicut. aâ Unc. ß.
m̄. f. l. a. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die pilul. tres.

Nro. 38.

℞. Extr. cicut. Unc. ß.
maſſ. pilul. extr. cathol. dr. j.
f. l. a. pilul. gr. iij.
Sumat ut prius.

Nro. 39.

℞. Gum. ammoniac.
— galban. aâ dr. jß.
camphor.
caſtor. aâ gr. xv.
maſſ. pilul. Ruff. dr. ß.
tinct. ſuccin. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die pilul. tres.

Nro. 40.

℞. Limatur. mart. m: rubiginoſ. Unc. ß.
cort. peruv. ſelectiſſ. dr. vj.
— cinamom.
— winteran. aâ dr. iij.
rad. zedoariæ dr. jß.
m. f. pulv: cui affunde
vini auſtriac. bon. vel alterius ſubacid:
generoſ. lib. jß.
relinque per 24. horas in digeſt: agitando ſubinde colaturam exhibe.
Sumat omni trihorio cochlear. ij.
ſenſim augendo doſim, ſi opus fuerit.

Nro. 41.

℞. Limatur. mart. n. rubig.
pulv. cort. peruvian. aâ Unc. ß.
— myrrh. elect. dr. j:
conſerv. menth. Unc. ij.
ſyr. menth. q. ſ.
m.
Fiat electuar. ſumat omni trihorio ad magnitud. nucis moſchatæ.

Nro. 42.

℞. Flor. arnic. dr. j.
— chamomil. M. j.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. p. ¼ hor. colatur. Unc. vj.
exhibe pro clyſmate.

Nro. 43.

℞. Camphor. gr. xx.
mucilag. gum. arab. Unc. ß.
in mortar. marmor. bene tritis & miſtis adde:
aq. fl. chamomil. Unc. vj.
m̄. pro clyſmate.

Nro. 44.

℞. Mel. roſar. Unc. j.
ſpir. cochlear. dr. iij.
m̄. d. uſui.

Nro. 45.

℞. Aq. rutæ Unc. viji.
ſyr. 5. rad. aper. Unc. jß.
tinct. rad. contrajerv. dr. ij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlearia.

Nro. 46.

℞. Campho. gr. vij.
mucilag. gum. arab. dr. ij.
in mortar. marmor. bene ſubactis adde miſcendo.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni hora unum, vel duo cochlearia.

De Morbis Pectoris.

Per pectoris morbos cuncta intelliguntur mala, quæ vel partes externas & peripheriam thoracis vel contenta in cavo pectoris viſcera morboſa reddunt, horum functiones moleſtant, aut impediunt.

Omnes hi morbi præſertim tamen ii, qui partes internas obſident, periculoſi ſemper ſunt, etſi aliqui horum vix in principio advertantur, hinc æger, ſiquidem talis morbus vix moleſtus ſit, nequaquam de ejus cura ſollicitus quidquam medelæ adhibet, unde fit, ut tales morbi initio non agnoſcantur, dum vero per ſymptomata exorbitantia ſe nota reddunt, jam curatu difficiles ſint, tardamque ſæpiſſime & difficilem cauſent mortem.

Unde in omni morbo ſedulo ſtatus pulmonum & reſpirationis in conſiderationem venire meretur. Etenim ſi hæc omni ex parte libera ſit, ut æger ſine omni moleſtia profunde reſpiret, inſpiratumque aërem diu ſatis retineat, atque ſine ulla difficultate ambobus lateribus in lecto incumbere poſſit &c. ſpes ſemper bona merito habetur. Si

vero

vero in pulmone aut partibus adjacentibus aliqua difficultas ſe prodat; huic ſedule invigilandum eſt, ut hæc difficultas, quantum poſſibile, quantocius auferatur, aut in ſuo ſaltem augmento retardetur.

De Pleuritide.

Inflammatio pleuræ cognoſcitur, ſi æger tuſſiat & febricitet, ſimulque in peripheriæ thoracis parte externa aut interna pungentem conqueratur dolorem, qui in ſingula inſpiratione & per tuſſim augetur, in exſpiratione autem minuitur.

Hic morbus plerumque cum ſubito horrore incipit, ſuccedit dein calor, ſitis & vehemens cephalalgia, brevi poſtea æger tuſſit, ex hinc inde in pectore dolorem pungentem ſentit, non tamen continuum, qui tandem in uno loco fixus evadit, vehementia ſua increſcit non ſine ſiti & calore auctis, lingua ſicca aut cruſta alba obducta conſpicitur: nonnunquam tunc dolor capitis remittit, plerumque autem in

eodem perſtat vigore, imo ſemper acceden-te tuſſi augetur.

Si dolor lateris vehemens ſit, ægri ſibi inſpirare metuunt, & quantum poſſibile, tuſ-ſim ſupprimunt, unde in pulmone ſanguinis circuitus impeditur, reſpiratio redditur labo-rioſa, tandemque deliria ſubſequuntur, acce-dit non raro, quæ multum ſane periculum, adauget, peripneumonia.

Pulmone ſanguine turgente, impedita conſequenter fere in integrum circulatione, pulſus antea plenus, durus & tenſus, jam parvus exploratur & mollis, maximumque adeſt vitæ diſcrimen.

Hinc præſente vera peripneumonia aut pleuritide, ut genuine inſtituatur curatio, cunctandum non eſt, ſed illico omni cona-tu, ne ſymptomata mala nimium increſcant, adlaborandum.

Ægri tales quieti ſint, oportet, & illi-co ſecundum genium ſymptomatum corpo-risque ægrotantis conſtitutionem ſat magna ſanguinis copia ex brachii vena mittatur; eligitur plerumque brachium illius lateris, in quo dolor habetur, nihilominus & in

bra-

brachio lateris oppoſiti, aut etiam in pede venæ ſectio inſtitui poteſt.

Raro unica venæ ſectio ſufficiens eſt tanto malo debellando, niſi pleuritis ex ſola plethora, ex ſuppreſſa narium hæmorrhagia, aut fluxu menſtruorum hæmorrhoidumve retardato originem trahat: perſæpe tum unica venæ ſectione, eaque larga tum febris, quam dolor jugulatur.

Si vero ſanguis jam multum ſpiſſus, inflammatio fixa, dolor vehemens & continuus adſit, pulſus durus & tenſus habeatur, ſæpius venæ ſectionem celebrare neceſſum eſt, quæ quidem in principio morbi, ſi caſus urget, omni tertia, ad minimum omni quarta hora repetatur, donec pulſus mollior tangatur, & dolor remittat.

Semper tamen attendendum eſt, ne ſubducendo nimiam ſanguinis quantitatem ægro nimia inducatur debilitas, inde enim morbus in longum excurrere, imo lethalis fieri poſſet, ſi ſufficientes ad materiem morbi concoquendam eamque de corpore eliminandam vires naturæ adimerentur.

Unde antequam venæ ſectio inſtituatur, ſemper pulſus & ſymptomata, naturæ vires, ne ſiniſtri quid accidat, in conſiderationem & comparationem duci debent.

Interne, ut in omni alia inflammatione remedia emollientia, attenuantia & refrigerantia *ſub Nro. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.* aſſumenda ſunt: externe continuo cataplaſmata emollientia ad partem dolentem calide applicare, alvumque per ſimilia clyſmata apertam ſervare oportet.

Si vero ſaburræ in ventriculo præſentis copioſæ aut ſtagnantium in inteſtinis multarum ſordium ſigna adeſſent, mox initio præmiſſa venæ ſectione lene purgans *ſub Nro. 9. 10. 11.* aut ſimile quid per decocta *ſub Nro. 12. 13. 14.* præſtari debet. Hoc facto remediis antedictis continuandum eſt, donec febris dolorque remittant, aut prorſus ceſſent, niſi ſub hoc tempus novi quid accideret, quod alia remedia poſtularet.

Dolor pungens ut plurimum circa quartum diem notabiliter remittit, ſeptimo plerumque penitus ceſſat, raro ultra undecimum perdurat.

Febris

Febris tamen nonnunquam ad ſeptimum, undecimum vel decimum-quartum & ultra ſæpe excurrit, etſi nullus jam amplius dolor ſuperſit.

Omnes evacuationes criticæ & metaſtaticæ æque in hoc morbo, ut in omnibus reliquis inflammationibus febribusque acutis. continuis emolumento eſſe poſſunt. Præſertim mox primis diebus contingens hæmorrhagia narium & hæmorrhoidum fluxus multum levaminis adferunt, cæterum pro pleuritidis judicio uſitatiſſima via pulmones ſunt & quidem per ſputum.

Nonnunquam dolor lateris diſparet, febris remittit, jamque felix ſperatur morbi exitus, verum poſt breve tempus denuo incenditur febris & dolor partem aliam eadem vel adhuc majori vehementia aggreditur, in tali caſu æger ita tractandus eſt, ac ſi morbus nunc inchoaret, neque ullus antea adfuiſſet.

Tuſſis quandoque in principio valde ſicca, moleſta eſt & defatigans. Verum nonnunquam jam ab initio ſputa in bonum ægrotantis ſignum apparent; tum morbus enim raro ſeptimum excurrit diem, ſæpe

quar-

quarto jam die terminatur, ſi præſertim urina turbida ſiat, & copioſum ſedimentum mucoſum ad fundum ponat.

Etſi febris tam celeriter ceſſet, diſpareatque dolor penitus, tamen communiter tuſſis aliqua remanet, continuantque ſputa, quæ per remedia Nro. 1. 7. 15. præſcripta expedienda ſunt.

Quod ſi vero tuſſis initio ſicca multumque moleſta foret, morbus in longius excurrit; quam diu tuſſis ſicca eſt & æger præter dolorem pungentem de ardore pectoris conqueritur, ei ſolum decocta emollientia *ſub Nro. 2. 7. & 16.* porrigi debent; incipiens jam tertio aut quarto die ſputum levans apparere bonam dat prognoſim, cum morbi materies coqui & mobilis reddi incipiat.

Nil metuendum, nec pro malo reputandum eſt omine, dum initio ſputa ſanguine ſtriata prodeunt, quod frequentiſſime, ſed plerumque in bonam ægri partem accidere ſolet. Quare imprudenter ageret, qui ex hac ſola neque ulla alia cauſa urgente venæ ſectionem repetendam exiſtimaret, longe vero magis exaſperaretur morbus, ſi

ob

ob ſtrias has ſanguineas remedia ſtiptica & adſtringentia adhiberentur.

Communiter omne ſputum, ſi morbum levet; bonum eſt & ſalutare.

Si ex tuſſi ſtrepitante cognoſcantur ſputa quidem ſufficientia adeſſe, ſed cum difficultate ejici, præprimis remedia *ſub Nro: 15. & 17.* danda ſunt. Si tamen hæc minus prodeſſent & ob copiam materiæ ejiciendæ reſpiratio difficilior evaderet, emplaſtrum ſimul veſicans ſuris applicandum eſt; multum præterea conducit, ſi ſpongia parte æquali aquæ tepidæ & aceti madida naribus orique admoveatur, indeque vapor hauriatur.

Nonnunquam pauca tantum in quantitate prodeunt ſputa, ſed diarrhæa ſimul mitis, mucoſa, bilioſa & male olens ſupervenit, aut multa excernitur urina, quæ copioſum ſedimentum puriforme deponit, unde morbus non raro ſine multis ſputis perfecte ſanatur.

Quare perſæpe contingit, ut talis morbus non ſolum per ſputa, ſed ſimul per urinam & alvum judicetur, facilemque ſortiatur exitum; æger tum plerumque citius

con-

convaleſcit; nec tantus recidivæ metus habetur.

Si vero poſt venæ ſectiones ſufficienter inſtitutas, poſt remedia tam interne quam externe adhibita tuſſis adhuc valida, ſicca & dolens ſuperſit, quæ ægrum diu noctuque inquietum reddit & debilitat, lenia paregorica tuſſim ſedantia *ſub Nro. 18. 19. 20.* enarratis antea remediis interponenda ſunt.

Eadem medicamenta ad veſperas porrigenda ſunt, etſi de die ſputa copioſa procedant, ſiquidem tempore nocturno tuſſis ſicca evadens ægrum ſomno privet: ſæpe hæc remedia nequaquam ſufficiunt, unde melius erit ægro una vice veſperi ſufficientem horum quantitatem ingerere. Hac ratione plurium horarum quies conciliatur, quibus vires ſuas recuperat æger, interim ſputum maturatur, & ſequenti die facillime & cum levamine ejicitur.

Si per factas tribus vel quatuor primis diebus venæ ſectiones, per remedia refrigerantia, emollientia & reſolventia exhibita febris & calor minuantur, doloris tamen vehementia nil remittat, lateri dolenti empla-

plaſtrum veſicans, quod non raro maximum levamen adfert, apponendum eſt.

Nonnunquam inflammatio adeo pertinax eſt, ut nec per interna, nec externa remedia reſolvi, nec morbi materies in bonum ſputum concoqui, nec per ullam evacuationem criticam e corpore eliminari poſſit, quare merito metuendum eſt, nec in ſuppurationem abiens vomicam in pectore cauſet.

Suppurationem obvenire intelligitur, dum remedia ante adhibita parum aut nil profuere, dum tempus benignæ reſolutionis elapſum eſt, dolor aliquantum vehementior evadit, febrisque ad veſperas cum levi horrore recrudeſcit, dum de die ſæpius æger horrores majoremque ſitim experitur cum labiorum & genarum alternante rubore, lingua adeſt ſicca, ſitis major, tuſſis frequentior & ſomnus inquietus cum ſubſequente ſudore defatigante.

Ut primum hæc ſigna adſunt, nec venæ ſectionibus, nec ullis aliis evacuationibus debilitandus eſt æger, ne exinde ſuppurationis negotium retardetur, quod potius

per

per interna remedia emollientia, ſimiliaque cataplaſmata adjuvandum eſt.

Tale quid ſæpe tam felici cum exitu contingit, ut non ſolum facta ſtatim venæ ſectione ſputum bene coctum puriforme prodeat; ſed etiam anxietas, febris, ſudor, aliaque ſymptomata remittant, atque æger magnum & ſubitum levamen ſentiat; ſpes tunc affulget hoc ulcus per ſputa evacuatum iri, unde remediis emollientibus adhuc inſiſtendum eſt.

Si ſimul per urinam materies puriformis & copioſa excernatur, quæ brevi ad fundum ſecedit, aut ſi lenis & tuſſim levans diarrhæa obveniat, per has evacuationes morbum brevi eradicandum non immerito ſperare licet.

Ad veſperas ſemper opus eſt, præſertim ſi æger per frequentius redeuntem tuſſim a ſomno arceatur, unum ex remediis *ſub Nro. 21. 22. 23.* antea dictis porrigere.

Si ſputa ſenſim minuantur, febris & ſudor diſpareat, anxietas gradatim decreſcat, ſomnus & appetitus redeant, ægrique vires augeantur, æger brevi ſanitatem conſeque-

ſequetur, nec ratio videtur, cur remedia mutanda forent.

Si vero tuſſis, poſtquam jam pus ſufficiente quantitate ejectum eſt, adhuc ſicca & irritans permaneat, remedia priora *ſub Nro. 18. 19. & 20.* laudata aut remedia leniter balſamica *ſub Nro. 24.* requiruntur, quæ brevi tuſſim jugulantia ulceris reliquias conſolidabunt.

Si autem poſt prægreſſa ſuppurationis indicia nullum ſequatur ſputum, ſed febris veſpere augeatur, noctu magnos æger patiatur ſudores, atque prorſus non, aut ſaltem non ſine magna difficultate, non ſine tuſſi ſicca & valida in latus ſanum decumbere poſſit, ſignum eſt pus ſacco clauſo contineri, continuoque ſua augeri copia. Si de vomicæ loco & ſitu certo nobis conſtet, plerumque aliud non ſupereſt remedium, quam ipſius vomicæ inſcio & apertura, ſiquidem locus ſit, ad quem facilis & tutus manui chirurgicæ detur acceſſus.

Si hæc operatio longo differatur tempore, ſaccus purulentus continuo volumine auctus reſpirationem difficiliorem reddit, pus

pus vicinas partes cum magna ægri debilitate & emaciatione arrodens tandem ſanguinem ingreditur, excitatque febrem hecticam lentam, quæ ut plurimum medelam non agnoſcit.

Si autem vomica eum ſitum obtineret, ut chirurgus hanc commode aperire non poſſet, aut æger non admitteret, huic loco aut partibus vicinis, ſi partium conditio non impediat, remedium cauſticum apponatur, aut his plagis ſetaceum applicetur, ut tali ratione pus ad partes exteriores alliciatur, verum hæc auxilia nec tam tuta, nec tam efficacia ſunt, ac inciſio, præcipue, ſi pus profundiora verſus cavum thoracis loca occupet.

Nonnunquam tamen in ſuperficie corporis externa tumor aliquis protuberans advertitur, contentumque pus ſibimet ipſi exitum molitur, hic tumor, ſi nec ſponte nec per cataplaſmata emollientia applicata rumpatur, incidendus eſt, ac demum per injectiones detergentes, decocta vulneraria aſſumpta, & medicamenta leniter balſamica *ſub Nro. 24.* vulnus conſolidandum eſt.

Quando

Quando vomica rupta pus in cavum thoracis effunditur, hoc cognoſcitur malum ex particulari, quam æger percipit, ſenſatione interna, cui plerumque animi deliquium ſeſe adjungit, ceſſat poſthac anxietas & febris minuitur, tuſſis mitigatur, multumque levatus ſibi videtur æger; verum hoc levamen haud longo perſtat tempore, quotidie enim puris copia augetur, tuſſis, anxietas, calor, febris iterum increſcunt, æger ob anxietatem decumbere impeditur; hinc ut plurimum extra lectum ſedere & ſedens ſomnum capere cogitur, quibuscunque alimentis & potulentis aſſumptis angitur & torquetur, ut exinde in facie, capite, pectore copioſus ſudor prodeat, noctem inquietam tranſigat & inſomnem, ad veſperas frigus & horrorem experiatur, quem calor magnus & ardens in toto corpore, ſiccitas præſertim in vola manuum pedumque excipit, circa mediam noctem calore remittente æger debilitatus multum ſudat, qui, ſi his ſymptomatibus non cita medela adhibetur, ſenſim conſumitur; pedes tandem totumque corpus intumeſcit, denique diarrhæa accedens tragœdiam claudit.

Ut primum ex ſignis certum eſt vomicam in cavum thoracis ruptam eſſe, ſine mora inciſio in cavum thoracis usque facienda eſt, ut ſic puri exitus concilietur.

Accidit quandoque, ut in pleuritide omnia quidem ſigna adſint incipientis ſuppurationis, ſed ægri ſimul de pectoris anxietate ſingulari & oppreſſione conqueruntur, unde reſpiratio notabiliter difficilis redditur, urinam mingunt crudam, copioſo circa caput & collum ſudore & tuſſicula quapiam peculiari vexantur, atque brevi poſt in toto corpore miliaria ſe oſtendunt, eodem tempore cuncta mala ſymptomata prægreſſa minuuntur, aut prorſus diſparent, quare nunquam mox a principio etiam cunctis ſignis ſuppurationis præſentibus, ea certo futura prædici poteſt. Talia miliaria ſæpiſſime tum obveniunt, cum pleuritis febri rheumaticæ aut arthritidi jungitur.

Attamen ſi cum his exanthematibus ſputa quoque procedant, ſanitas longe citius reſtituitur, meliusque terminatur. Neque vel minimum in curandi methodo per eruptionem miliarium mutatur, ſed alacriter pergendum eſt cum iisdem remediis, quæ

hu-

hucusque profuere, quod ſi vero æger ſufficientibus ad expellenda hæc exanthemata viribus deſtitueretur, præter priora remedia etiam lenia roborantia, uti in febribus continuis & putridis, locum haberent.

Interim miliaria absque ſymptomatum imminutione erumpentia malam formant prognoſim, ſi præſertim ægri multum ſudent, debiles ſint, aut plane in delirium incidant. His præſentibus non raro gangræna ſubſequitur & tandem mors.

Talia mali moris exanthemata ſæpiſſime obveniunt, dum morbus in principio neglectus aut æger remediis calidis calidoque regimine tractatus erat.

Gangræna autem fere ſemper in pleuritide metuenda eſt, quando vehemens valde adeſt inflammatio, nec ullum efficaciſſimis remediis adhibitis levamen ſequitur, præſertim vero, ſi ſanguis acrimonia imbutus ſit quapiam. Dum inſtat gangræna, eadem agenda ſunt, quæ antea in angina gangrænoſa dicta ſunt. Verum in hoc caſu plerumque remedia cuncta ſine effectu experiuntur, & mors non evitabilis ſequitur.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaphor. n̄. abl. aà dr. j.
Oximel. ſimpl.
ſyr. flor. rhæad. aâ Unc. jβ.
aq. fl. ſambuc. Unc. viij.
m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. duo cum vaſculo infuſ. ex flor. ſambuc. & fol. malv.

Nro. 2.

℞. Rad. altheæ Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
Glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc p. ¼ hor.
colatur. lib. ij. exhibe.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 3.

℞. Nitr. pur. gr. x.
Lapid. cancror. gr. xx.
m̄. f. pulvis p. doſi.

Nro. 4.

Nro. 4.

℞. Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. j.
aq. fl. ſambuc. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 5.

℞. Hord. crud. Unc. viij.
aq. pur. lib. jv.
coq. p. ½ hor. colatur. dein adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.
m̄. p. potu.

Nro. 6.

℞. Rad. gramin. Unc. iſ.
— acetos. Unc. β.
confciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 7.

℞. Rad. altheæ Unc. j.
fol. alth. m̄. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. per ¼ hor.
dein colatur. lib. jβ, adde:
Nitr. pur. dr. j.
Oximel. ſimplic. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 8.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berberum Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora cochlear. duo.

Nro. 9.

℞. Cremor. tartar.
arcan. duplic. aá ſcr. jβ.
m̄. f. pulv.

Nro. 10.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
aq. laxativ. D. V. Unc. jv.
m̄.
Sumat p. hauſtu.

Nro. 11.

Nro. 11.

℞. Fol. ſenn. Unc. β.
mann. elect. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. miſt. infunde in aq. fervid. Unc. vj.
relinque vaſe clauſo p. ½ hor. dein colatur. exhibe.
p. hauſtu.

Nro. 12.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jβ.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 13.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. altheæ Unc. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. jβ.
mann. elect. Unc. jβ.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 14.

℞. Rad. altheæ. Unc. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 15.

℞. Nitr. pur. dr. β.
ſtib. diaphor. n̄. abl. dr. jβ.
oximel. ſcillitic. Unc. ij.
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
aq. fænicul. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 16.

℞. Rad. altheæ Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. ij.
conſciſſ. d. ſpecies p. thee.

Nro. 17.

℞. Kermes. mineral. gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſim.
Sumat omni bi-vel trihorio unum.

Nro. 18.

℞. Ol. amygd. rec. preſſ. Unc. β.
vitel. ovor. N. j.
in mortar. marmor. bene ſubactis adde:
ſyr. diacod. Unc. jβ.
m. p. linctu.

Nro. 19.

℞. Pulv. ſpec. diatragacanth. frig. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jβ.
aq. fl. rhæad. Unc. jv.
m.
Sumat omni hora vel bihorio cochlear. duo.

Nro. 20.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ſolv. in aq. flor. Til. Unc. jv.
dein adde:
ſyr. fl. rhæad. Unc. j.
m.
Uſus ut prioris.

Nro. 21.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ol. amygd. rec. preſſ. vel
ol. lin. recent. Unc. j.
m.
Pro hauſtu veſpertino.

Nro. 22.

Nro. 22.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. vj.
f. pillul. N. ij.
Sumat veſperi p. doſi.

Nro. 23.

℞. Laudan. pur. gr. j.
lap. cancror. gr. xv.
m.
f. pulv. p. doſi.

Nro. 24.

℞. Oliban.
maſtich. aâ dr. j.
ſucc. liquirit. inſpiſſat. Unc. ß.
terebinth. q. ſ. fiant. pilul. gr. jv.
Sumat omni trihorio duas ſuperbibendo unum vel duo vaſcula ex infuſ. hb. agrimon.
virgæ aureæ. &
flor. verbaſci.

De

De Peripneumonia.

Inflammatio pulmonum periculoſius omnino morbus eſt, plethoricos paſſim ſero plerumque autumno aut hyeme aut etiam tempore vernali afficiens, frequentiſſime a valido & ſubito gelu originem trahit.

Cognoſcitur hæc, ſi poſt prægreſſum horrorem diuturnum & ſubſequentem calorem æger ſæpius tuſſiat, anxius pectore & oppreſſus cum difficultate reſpiret, de ſiti, calore, hebetudine & capitis gravitate conqueratur; nonnunquam delirat, facies ut plurimum rubra, reſpiratio calida, lingua ſicca & flammea obſervatur urina.

Similes ægri ſæpenumero oppreſſionem ad pectus, maximeque ad ſcrobiculum cordis percipiunt, quæ tamen emiſſis nonnullis flatibus aliquando remittit, verum brevi iterum redit & continuat. Tale quid ſæpe in errorem deducit ægros, præſertim ſi ab initio inflammatio non admodum valida neque multum eos torqueat, nec multum debilitet, ut facile creduli totum malum flatibus incluſis adſcribant, morbum cæterum parvi faciant, & quod adhuc plus nocet, ad

flatus

flatus pellendos remedia aſſumant calida carminativa; ſic morbum augendo, inflammationem exaſperando ſe ipſos non raro enecant.

In principio peripneumoniæ plerumque pulſus celer habetur plenus & durus; ut primum vero inflammatio increſcit, plures afficiuntur pulmonis partes, unde major oritur anxietas, circuitus ſanguinis per pulmones magis impeditur, tandemque parte ejus ſpiſſa in vaſis pulmonalibus impacta hærente pars tantum tenuior adhuc ſuperſtes per reliqua corporis viſcera vehitur. Quare quo plus pulmo obſtruitur, eo pulſus evadit minor & debilior, eo plus periculi adeſt. Hinc vehemens peripneumonia intra paucos dies ægros jugulare valet.

Peripneumonia nullum excitat doloris ſenſum, ſi vero quemdam percipiant ægri, obtuſus eſt opprimens magis & anxietates creans, nunquam vero talis, qualis in pleuritide habetur; unde hi ægri non multum lamentantur, ſed indoles partium inflammatarum & inde exſurgens periculum in conſiderationem ducere oportet.

Si

Si primis diebus tuſſis admodum ſicca, moleſtans & defatigans habetur, morbus etiam periculoſior, & in longius excurrens erit.

Cura eadem convenit, quæ in pleuritide dicta fuit; conſiderandum interim eſt tutius ſemper fore mox initio ſecare venam, quamvis levis adhuc inflammatio & mitia adſint ſymptomata, ſæpe enim inflammatio apparenter gravibus non ſtipata ſignis intra breve temporis ſpatium multum exaſperatur, malas & diuturnas relinquens ſequelas, quæ tamen non difficulter unica ab initio morbi facta venæ ſectione averti potuiſſent.

Talia ſæpe contingunt, ſi poſt valde celerem curſum, ſaltum, equitationem vehementesque animi affectus corpus multum incaleſcat & ſubito refrigeretur, aut ſi calore exæſtuanti corpori potus frigidi ingurgitentur, ſæpe tuſſicula continua inde ægri afficiuntur de nullo alio conquerentes incommodo, ſiquidem pulſu naturali & viribus bonis gaudentes, hanc igitur tuſſiculam vilipendunt, ſperantes fore, ut brevi evaneſcat; nonnunquam etiam ſpe ſua non fal-

lun-

luntur, ut plurimum tamen diu perdurat, evadit tandem vehementior, reſpiratio magis impedita, ſomnus plus inquietus, appetitus imminutus, & veſperi levis advertitur horripilatio, quam calor major aut minor excipit, & circa tempus mutationum ut plurimum ſudor ſequitur. Tum primo hi ægri agnoſcunt caſum hunc non adeo vilipendendum eſſe, opemque efflagitant; verum toties ſero hoc accidit & hectica non evitabilis ſequitur.

Quare neceſſum eſt, ut ejusmodi homines mox, ubi ex ante recenſitis cauſis exortam levem & frequentem advertunt tuſſiculam, quieti permaneant, multumque potus emollientis *ſub Nro. 1. 2. 3. 4.* aſſumant; quod ſi his factis malum necdum emendetur, vena ſecanda & pro neceſſitate repetenda eſt, his multoties malæ ſequelæ præcaventur.

Ergo venæ ſectio in levioribus peripneumoniis ſemper indicatur, & optimo cum fructu adhibetur, niſi mox initio ſputum levans adeſſet, aut pulſus plane non plenus aut æger alioquin debilis & laxæ compagis foret, tum remediis emollientibus & leniter

expe-

expectorantibus *ſub Nro. 1. & 5.* malum radicitus tolli poterit.

Præter venæ ſectiones & remedia refrigerantia, reſolventia præcipue emollientia *ſub Nro. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* recenſita indicantur. Verum remedia calida, emetica & alvum fortiter ducentia hoc in morbo abſolute omni indicationi repugnant.

Imo ſi ventriculi debilis aut repleti adeſſent ſigna, attamen ſolum attenuantibus remediis & leniter purgantibus *ſub Nro. 9. 10. 11. 12. 13.* utendum eſt. Clyſmata emollientia, ſi æger ſponte ſua alvum ſufficientem non habet, quotidie una aut duabus vicibus injicienda ſunt.

Raro peripneumonia ſine ſputis reſolvitur. Nunquam peripneumonia laborantes jam primo aut ſecundo die cum facilitate ſputa ejiciunt, ſæpius vero tertio aut quarto die talia apparent & plerumque initio, ut in pleuritide, ſanguine ſtriatim mixta ſunt.

Sputis facile prodeuntibus opus non eſt priora mutare remedia; in ſputo autem difficili & tenaci præter decocta reſolventia & emol-

emollientia remedia *ſub Nro. 14. & 15.* deſcripta danda ſunt.

Si ſputa, quæ prodeunt, ſufficientia & puriformia ſint, indeque reſpiratio levetur, febris minuatur, bonum eſt; quod ſi vero aquoſum fuerit ſputum, nigricans, maleolens aut putrido mixtum ſanguine, neque cum ægri levamine obveniat, omnino malum eſt.

Sæpius hic morbus pro parte levatur per urinam turbidam, quæ brevi rubellum puriforme ſedimentum deponit, aut per dejectiones alvinas. Copioſa narium hæmorrhagia omnium citiſſime aliquando juvat.

Si continuante hoc morbo reſpiratio valde difficilis eſſet, etiam poſt ſufficienter celebratas venæ ſectiones, poſt adhibita cuncta genuina auxilia, ſi ſputum nihilominus tenax prodiret, caputque totum affectum eſſet, aut ſi deliria vel ſpaſtici adverterentur ſubſultus, illico ſinapiſmus *ſub Nro. 16.* plantis pedum apponi deberet, vel eo non ſufficiente veſicantia ſimul ad ſuras ponantur. Non raro magnum adducitur ægro levamen, ſi ſæpius ſpongia aqua calida aut decocto emolliente madida ori & nari-

naribus admoveatur, hauriaturque vapor, inde inflammatio pulmonum non ſolum facilius reſolvitur, ſed & ſputa citius expediuntur; efficacius addita parte bona aceti hoc remedium evadit.

Si peripneumonia debito ordine & benigne decurrat, quarto jam die multum hi ægri levaminis ſentiunt, facile ſputa ejiciunt, & ſeptimo, nono aut undecimo die febris terminatur. Quod ſi vero ſine notabili remiſſione ſua vehementia perſiſtat, ut nec benigna reſolutio, nec criſis per ſputa ſperari poſſit, plerumque in ſuppurationem abit.

Hæc cognoſcitur ex continua febris præſentia, quæ præſertim veſperi cum nova horripilatione & ſuccedente calore increſcit, pulſus tamen aliquomodo debilis & mollis, pectorisque oppreſſio perſiſtit, ægri de levi, vago, ſine cauſa cognita ſæpe redeunte horrore conqueruntur, multum ſitiunt, in genis, labiis rubent cum ſiccitate.

Si talis inflammatio magnam pulmonis plagam occupet, magna etiam ſuppuratione vomica naſcetur, quæ perſæpe non paucam puris copiam continet; hoc tempore pari-

ter decocta ſimilia emollientia, uti in pleuritidis ſuppuratione dictum fuit, exhibenda ſunt.

Exitus ſuppurationis in peripneumonia varius eſt & ſæpenumero periculoſus.

Si vomica brevi lentoque pede verſus trachæam aperiatur, æger ſputum puriforme bonum rejiciat, redeatque exinde in reſpirando levamen, febris, cunctaque priora ſymptomata minuantur, aut prorſus ceſſent, magnam ſpem faciunt vomicam per ſputa ſanitate redeunte evacuatum iri. Verum non minus hoc in caſu decocta emollientia & leniter expectorantia larga manu porrigenda ſunt, donec ſputa copioſa & cum facilitate prodeant. Si vero immorigera eſſent, per fortiora expectorantia *ſub Nro. 14. & 15.* dicta ad officium ſuum reducenda ſunt.

Si ſputa ſenſim minuantur, nec oppreſſionem aut notabilem moleſtiam æger percipiat, ſignum eſt ulcus pro plurima parte ſuo pure ſe exoneraſſe, præcipue dum pulſus non amplius febrim prodit, hinc leniter roborantia & vulneraria remedia *ſub Nro. 17. 18. & 19.* exhibenda ſunt.

Si

Si ob tuſſim vehementem, ſiccam noctes haberentur inſomnes, veſperi paregoricum *ſub Nro. 20. 21. 22. 23.* dandum eſt. Hac methodo multi ægri ſæpius feliciter & perfecte reſtituuntur.

Si vero vomica magna ſit, ſubito in pulmonem rumpatur, ægri ſæpe momento citius ſuffocantur. Si autem vomica verſus exteriorem pulmonis partem aperiatur, pus in cavum thoracis effunditur. Hoc eadem ratione, iisdem cognoſcitur ſignis, ut antea in eodem caſu circa pleuritidem dictum eſt.

Ut primum certis ex ſignis manifeſtum eſt pus in cavum thoracis effuſum eſſe, aliisque indiciis certo innoteſcit, quonam in pectoris cavo pus hæreat, per paracentheſim mox puri exitus procurandus eſt. Si poſtea febris remittat, liberiorque evadat reſpiratio, & vires increſcant, ſpes ſalutis adeſt, cæterum hic vominæ exitus cum ſimili in pleuritide deſcripto eandem requirit medelam.

Verum nonnunquam talis vomica prorſus non aperitur, aut ſero nimis, dum videlicet pus jam acrimoniam contraxit, pluresque in vicinia pulmonis partes in ſua ar-

roſit circumferentia, atque hunc ſanguine infecto ægrum multum debilem reddidit, certa curæ ſpes & ſufficiens auxilium non amplius cum ratione foveri & adhiberi poteſt, etenim hectici hi ægri intereunt, præſertim ſi remedia *ſub Nro: 18. 19. & 24.* alias in hiſce caſibus multum ſalutaria ſine fructu uſurpentur.

Quo vomica minor, eo minus periculi habetur, atque ſi tales vomicæ in cavum aſperæ arteriæ ruptæ ſe contentis exonerent, facile ſæpenumero ægri & cito ſanantur, præcipue ſi corpus cæteroquin ſanum fuerit, nullaque humores peccaverint acrimonia.

Nonnunquam inflammatio plures pulmonis plagas afficit, quæ ſi in ſuppurationem abiverit, plures quoque formabit abſceſſus. Hi ſæpenumero admodum parvi ſunt, qui dum perfectam adepti ſunt maturitatem, febrem non amplius comitem habent, ſed æger facile reſpirat, bene appetit, placide dormit & intra breve tempus refocillatur.

Tales exiguam plagam occupantes abſceſſus ſedem vel maxime in pulmonis ſuperfi-

perficie habent, ſponte ſæpe ſine omni mala ſequela evaneſcunt, nonnunquam vero exſiccantur cicatricem calloſam quaſi relinquentes: quod ſi talis cicatrix locum majoris momenti non occupat, nullam exinde moleſtiam æger ſentit.

Sæpe vero parvuli abſceſſus in pulmone tempore longo latitant, quin ullo ſigno ſe manifeſtent; poſt magnum quidem corporis motum, poſt vociferationem longiorem alta voce habitam, aut alia exercitia, in quibus ſolito plus agendum habet pulmo, reſpirationem non omni ex parte liberam & conſtantem eſſe ſentiunt; quia tamen ſana cæteroquin valetudine fruuntur, hanc moleſtiam parvi facientes eam ad ſeram uſque ſenectutem perferunt.

Nonnunquam vomicæ tales longo temporis ſpatio ſine moleſtia in corpore ſuſtinentur, verum pus ſenſim acrius evadit, ſuosque, quibus concluſum eſt, parietes acrimonia irritans inflammationem producit; tunc æger de oppreſſione pectoris conqueritur, de ſæpius redeunte tuſſi, de febre continua & frequentioribus horripilationibus. Inde plerumque talis vomica rumpi-

tur, & æger ſputa purulenta ejicit, poſt-hæc febrilis iterum ſilet impetus, & brevi vires redeunt: ſi autem plures adſint vomicæ, quæ ſimul inflammantur, etiam ſymptomata pro ratione inflammationis vehementiora & periculoſa magis evadunt. Nonnunquam accidit, ut harum vomicarum una poſt alteram inflammetur, quæ ægrum multum quidem debilitant, quam primum vero in integrum evacuatæ ſunt, cuncta iterum ſe bene habent.

Hac ratione ſæpe tales vomicæ auffe-runtur; nonnunquam vero novum in illis pus colligitur, quibus denuo inflammatis priora ſymptomata inſurgunt.

In nonnullis ægris ſimile quid ſtatutis anni temporibus vere ſcilicet & autumno accidere ſolet, cui tandem adſueſcunt parvi talia facientes, ſiquidem felicem horum exitum experientia didicerunt. In aliquibus ſæpius poſt unum annum hoc videre eſt, in aliis plurium annorum ſpatio clauſæ manent vomicæ.

Jam ſi talis adſit vomicæ inflammatio, conſiderandum eſt, an febris exorbitet, nec ne? ſi exorbitat non ſecus ac in peripneu-

neumonia incipiente procedendum eſt, remediaque emollientia & leniter refrigerantia *ſub Nro. 1. 2. 3.* indicatiſſima ſunt. Solum in ſecanda vena ea opus eſt cautela, ut ſufficientes ad ſuppurationem promovendam, abſceſſum maturandum eumque aperiendum & conſolidandum vires naturæ conſerventur.

Si febris nimium non exorbitet, vena ſecanda non eſt, ſed remedia emollientia ſola ſufficiunt; ſi & ſputa facile ejiciantur, alia remedia adhibere non oportet; ſi vero ſputa lento pede minuantur, & multum levetur æger, remedia vulneraria *ſub Nro. 17. 18. 19.* præſcribuntur.

Tuſſis noctu vehemens valde ad veſperas paregorica, ut ante dictum fuit, expoſtulat.

Contingit nonnunquam, ut poſt peripneumoniam induratio in pulmonibus remaneat, quæ ſi magna, ægri pondus in pectore ſentiunt, difficulter reſpirant, ad omnem corporis motum debiles evadunt, ſuffocationis periculum experiuntur, plerumque ſolummodo in dorſo, vel in uno altervo latere cubare valent, ſæpe vix decum-

bere audent, & ſedentes dormire coguntur; pulſum habent parvum, inæqualem & nunquam tam celerem ac ii, qui magnam in pulmone vomicam geſtant, nec tam notabiles ad veſperas horripilationes aut frigus experiuntur, nec ita copioſo madent ſudore.

Sæpe tales ſcirrhoſæ indurationes plures adſunt, & continuam tuſſiculam ſiccam generant; in hoc aut priori caſu remedia *ſub Nro. 25. 26. 27.* laudantur, ſæpeque præter decocta emollientia optimo cum effectu porriguntur.

Si peripneumonia mox in initio vehemens nimis aut neglecta aut calido tractata regimine ſicque exaſperata fuerit, ut plurimum in gangrænam abit. Pulſus tunc admodum debilis, celer, parvus & inæqualis eſt, facies palleſcit, collabitur, aut ſæpe inflatur profunde cæruleſcens, ægri inſcii alvum & urinam in lectum dimittunt, extremitatibus frigent, frigidum exſpirant aërem, ſputa fuſca aut nigra & fætida ejiciunt, ſæpiusque in pectore & toto corpore apparent maculæ rubræ, quibus brevi mors ſuccedit.

Pari

Pariter peripneumonia ſemper fere lethalis eſt, ſi ex alia prægreſſa febre putrida aut inflammatoria ortum ducat, ubi vires vitæ valde jam debiles aut humores nimis ſpiſſi aut jam diſſoluti, acres & putreſcentes ſunt; quare peripneumonia in lue venerea, ſcorbuto ſemper ſumme periculoſa eſt.

Si peripneumoniæ febris rheumatica aut arthritis juncta ſit, etiam ſæpenumero die ſeptimo, nono aut undecimo per copioſum ſudorem aut miliaria judicatur.

Haud raro peripneumonia regulariter & bene decurrit, æger quidem copioſum coctumque ſputum ejicit, remittit febris & vires redeunt: verum ſubito ſupprimuntur ſputa, æger multum angitur, reſpirat laborioſe, fit comatoſus, delirat &c. Hæc contingunt, dum æger ſe refrigerat, frigida potulenta ingurgitat, vehementi ira aut magno percellitur terrore aut alium denique errorem committit.

Febre tum temporis vehemente præſente magnaque anxietate ſtipata, illico de novo vena ſecanda & pro neceſſitate repetenda eſt. Larga præterea manu decocta emollientia & remedia *ſub Nro. 14. & 15.*

lauda-

laudata exhibenda ſunt: ſi hæc cito levamen non adferant, veſicantia ad ſuras & nonnunquam ſimul ad brachia poni debent, ſpongia aceto calido madida ori & naribus ægri continuo admovenda eſt, ut ſic vapor ad tuſſim irritans hauriatur. Hac ratione plerumque ſputa denuo prodeunt, anxietas ſenſim minuitur & magnum æger levamen percipit; hinc denuo remedia emollientia & leniter expectorantia in uſum trahuntur, donec perfecta redeat ſanitas.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 2.

Nro. 2.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſſ. exhibe.

Nro. 3.

℞. Rad. altheæ. Unc. j.
fol. altheæ. m̄. j.
conſciſſ. coq. f. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in ferv. infuſ. p. ¼ hor.
colatur. lib. jβ. exhibe.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 4.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 5.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaphor. n̄. abl. aâ dr. j.
oximel. ſimpl.
ſyr. fl. rhæad. aâ Unc. jβ.
aq. fl. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo cum vaſculo infuſ. ſpecier. ſub Nro. 2.

Nro. 6.

Nro. 6.

℞. Hord. crud. Unc. viij.
aq. pur. lib. jv.
coq. p. ½ hor. dein colatur. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 7.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
— acetoſ. Unc. β.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 8.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. fl. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora cochlear. duo.

Nro. 9.

℞. Cremor. tartar.
arcan. dupl. aâ gr. xxx.
m̄. f. pulv.

Nro. 10.

Nro. 10.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
m.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 11.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſamb. aâ Unc. j.
m.

Sumat ter vel quater de die cochlear unum.

Nro. 12.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
Rad. alth. Unc. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
ſyr. berber. Unc. j.
m.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 13.

Nro. 13.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur lib. jβ. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 14.

℞. Nitr. pur. dr. β.
ſtib. diaphor. n̄. abl. dr. jβ.
oximel. ſquillit. Unc. ij.
ſyr. fl. rhæad. Unc. j.
aq. fænicul. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 15.

℞. Kermes. mineral. gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄.
fiat pulv. tenuiſſim.
Sumat omni bi-vel trihorio talem.

Nro. 16.

℞. Ferment. pan. acid. lib. j.
ſal. commun.
farin. ſemin. ſinapi aâ Unc. jβ.
acet. q. ſ. ut fiat paſta,
d. uſui.

Nro. 17.

Nro. 17.

℞. Oliban.
maſtich. aâ dr. j.
ſucc. liquirit. inſpiſſ. Unc. ß.
terebinth. q. ſ. ut f. pilul. gr. jv.
Sumat omni trihorio duas ſuperbibendo vaſculum infuſ. ex herb. agrimon.
virg. aureæ &
flor. verbaſc.

Nro. 18.

℞. Rad. polygal.
— glycyrrh. aâ Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 19.

℞. Lichen. islandic.
glycyrrh. aâ Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 20.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
f. l. a. emulſ. & colatur. lib. jß.
adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 21.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ol. amygdal. recent. vel
ol. lini recent. Unc. j.
m̄.
pro hauſtu veſpertino.

Nro. 22.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. vß
fiant inde pilul. N. ij.
Sumat veſperi p. doſi.

Nro. 23.

℞. Laudan. pur. gr. j.
lapid. cancror. gr. xv.
m̄.
fiat pulvis pro doſi.

Nro. 24.

℞. Pulv. rad. polygal.
— cort. peruv. aâ Unc. ß
mel. pectoral. q. ſ. fiat
molle electuar. d.
Sumat omni bihorio parvum cochlear.

Nro. 25.

℞. Extr. cicut. Unc. β.
f. l. a. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die pilulas tres ſenſim augendo doſim.

Nro. 26.

℞. Sap. venet.
extract. cicut. aâ Unc. β.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ut prius.

Nro. 27.

℞. Sapon. venet.
gum. ammoniac.
extract. cicut. aâ dr. j.
maſſ. pilul. Ruff. dr. β.
elixir. pptis q. ſ. f. pilul. gr. iij.
Uſus ut priorum.

De Hæmoptoë.

Si quis ſæpius tuſſiat, multumque ſpumantis & rutili ſanguinis excreet, hæmoptoë laborare dicitur.

Cuncta valida diuque continuata corporis exercitia, ſubita excaleſcentia aut refrigeratio, vehemens ira, terror ſubitus, cita ponderis gravioris elevatio, lapſus, contuſio, citatus continuus aſcenſus ad loca nimis elevata, altus clamor, cantus, veſtimenta nimis anguſta, diu perſtans calor æſtatis aut cubilis, balnea multum calida &c. hunc morbum generare valent.

Morbus hic frequenter omnino in ſubjectis plethoricis & calidi temperamenti videre eſt, vel in iis etiam, in quibus conſuetæ narium, hæmorrhoidum aut menſtruorum evacuationes retardantur, aut ſubito ſupprimuntur: vel maxime autem inclinant, qui debiles pulmones, collum longum, humeros altos, thoracem anguſtum, acrem ſimul & facile efferveſcentem habent ſanguinem.

Antequam hæmoptoë inchoet, ægri hi plerumque magnam experiuntur anxietatem, continuam moleſtam pectoris oppreſſionem aut obtuſum in hoc aut illo pectoris cavo aut intra os ſterni dolorem; nonnunquam de valde ſenſibili, tenſivo, pungente, dilacerante lamentantur dolore, qui ab oſſe ſter-

ſterni per medium thoracem ad vertebras uſque ſe extendit, & reſpirationem ſumme laborioſam reddit, ſubinde in dextro ſiniſtrove hypochondrio dolorificam ſentiunt tenſionem aut contractionem, ſimul ſæpius tuſſiant, tandem ſanguinem exſpuunt; quo facto pleraque fere ſymptomata diſparent.

Quo validior fuerit cauſa, quo celerius ea applicata fuerit, eo periculoſior erit hæmoptoë, ſic enim magna ſæpe pulmonis vaſa dilacerantur, & non raro mors ſubita ſequitur, aut ſi hoc non accidat, & felix huic malo adhibeatur medela, ſemper fere magna naſcuntur pulmonis ulcera, quæ ut plurimum pthyſim poſt ſe trahunt.

Si vero cauſa applicata nec valida, nec præceps adeo fuerit, vaſa non ſemper lacerantur, ſed fines eorum tantum dilatantur, ut ſanguinem dimittant. Hæc ſpecies hæmoptoës tanto periculo ſtipata non eſt, ſi præſertim corpus ægri bene cæteroquin conſtitutum & humores acres non ſint, ſed neque tunc tanta copia, nec tanto cum impetu prorumpit ſanguis; ægri hi ſat commode tuſſiunt, facileque ſputa ejiciunt; quare ſputum ſanguinis non adeo formidan-

 dum

dum eſt, & raro malas ſequelas producit, quod ſine cauſa valida & illo tempore contingit, quo narium hæmorrhagia, fluxus hæmorrhoidum aut menſtruorum adeſſe deberet, vel dum plethora aut motus humorum auctus cauſam præbet.

Peſſima hæmoptoës ſpecies illa eſt, quæ ex humoribus depravatis, acribus originem ducit, quia tunc aut ſanguis penitus corruptus & diſſolutus aut pulmo exulceratus eſt, & ægri vires deficiunt, conſequenter tale ſanguinis ſputum aut difficilem aut prorſus nullam agnoſcit medelam. In morbis putridis, malignis, in mali moris variolis, in conſumata lue venerea & ſcorbuto hæmoptoë ut plurimum lethale præbet ſignum.

Cum a variis cauſis oriri poſſit hæmoptoë, hæ ſub ſedulum examen venire & ſecundum has cura inſtitui debet.

In omni ſanguinis ſputo quietus ſit æger, oportet, atque ſi pulſus celer, plenus, durus & tenſus ſit, ſecundum genium ſymptomatum & virium corporis una aut pluribus vicibus vena ſecetur, præſertim ſi plethora, motus humorum nimis auctus

aut

aut vis quædam externa valida morbum produxerit; in hoc caſu neceſſe eſt ægrum per venæ ſectiones omni cum adhibita cautela debilitare, ut ſic ſanguinis impetus pulmonem verſus minuatur, conſequenter vaſa ſe contrahere poſſint; malum vero ſignum eſt, dum repetitæ venæ ſectiones nil levant.

Præterea æger omnem vociferationem aliaque exercitia vitare debet. Simul remedia leniter refrigerantia *ſub Nro. 1. 2. 3.* porrigantur, alimenta cuncta & potulenta, quæ æger aſſumit, parum tantum tepida nequaquam calida ſunto, & alvus, ſi deſit, per clyſmata emollientia ſollicitetur. His remediis continuandum eſt, dum jam notabiliter & conſtanter hæmoptoë minuitur.

Si vero cunctis his remediis debite adhibitis adhuc ſua perſiſtat vehementia, ad remedia leniter adſtringentia *ſub Nro. 4. 5. 6. & 7.* deſcendendum eſt.

Si tamen ſimul valde moleſta continuo irritans adſit tuſſis, quæ ſanguinis ſputum ſemper augeat, aut perſiſtere faciat, præter priora remedia etiam paregorica *ſub Nro.*

8. 9. 10. 11. alternis vicibus exhibenda ſunt.

Adſtringentia, ſi mox in initio aut majori copia ingerantur, ſæpe peſſime nocent, quare ſemper ab adſtringentibus mitioribus inchoandum, ſenſimque progrediendum ad fortiora eſt.

Optimo cum effectu datur aqua frigidiſſima, dum hæmoptoë a nimio impetu, a rarefactione ſanguinis ortum ducit, uti perſæpe poſt valida in calore æſtivo corporis exercitia accidere ſolet; verum & in hoc caſu requiſitam venæ ſectionem remediaque refrigerantia ante commemorata præmittere oportet.

Ut primum ſanguinis ſputum ceſſat, adſtringentibus remediis valedicendum eſt, & per quietem, cibos eupeptos ex lacte, cremore hordei vel oryzæ reſtaurandæ vires; decocto tamen *ſub Nro. 12.* adhuc per aliquod tempus utatur æger, quod frequentiſſime bene conducit, ſi huic tertia pars lactis admiſceatur.

Contingit perſæpe, ut poſt hæmoptoën æger aliquoties adhuc ſanguinem grumoſum muco mixtum expectoret, nihil prorſus hoc mali

mali portendit, neque ullo modo ſupprimendum eſt, ſecus hic ſanguis putreſcens acrimoniam concipit, & pulmones exulcerando triſtes ſæpe ſequelas producet.

Si autem ægri vires ad ſputa ejicienda ſufficientes non ſint, remediis leniter expectorantibus *ſub Nro. 13. 14.* ſuccurrendum eſt.

Verum & tunc ſemper opus eſt, ut æger veſperi, præcipue ſi ab infeſtante tuſſi frequente ſomnum noctemque tranſigat inquietam, paregoricum *ſub Nro. 2. 15. 16.* ſumat.

Si jam tuſſis penitus ceſſet, æger iterum ſuas conſequatur vires, pulſus evadat naturalis, reſpiratio libera reddatur & facilis, brevi ſanitas redibit; atque his indicatur fuiſſe nulla in pulmone vaſa dilacerata, ſed tantum per dilatata vaſorum oſtiola ſanguinem prorupiſſe. Ægri tamen continuo adhuc per aliquod tempus quieti permaneant, ſimulque cuncta ſtimulantia potulenta & cibos duros vitent; lac in hoc caſu convenientiſſimum præbet alimentum; quod ſi tamen quis lac non ferat, alii ſuaviter nutrientes cibi exhibendi ſunt partitis vici-

bus & avara manu, nunquam vero ſimul & ſemel magna quantitate ingerendi.

Si autem tuſſi careant, debiles ſint per longum tempus, interim de remedio ex cortice peruviano *ſub Nro. 17.* deſcripto omni tertia hora vaſculum ſumant.

Pari ratione perquam ſollicite cuncta vitanda ſunt, quæ denuo morbo ſurgenti anſam præbere poſſunt, hinc neceſſum erit, ut ægris ſæpius vena incidatur, ut primum ſcilicet motum humorum auctum & continuantem percipiunt, in facie rubent, pectoris oppreſſionem ſentiunt, aut difficilem experiuntur reſpirationem, atque hæc ſymptomata exhibitis remediis leniter refrigerantibus non cedunt.

Si vero poſt hæmoptoën tuſſicula continuet, dolor obtuſus aut ardor in pectore perſiſtat, pulſus naturali celerior ſit, ſemperque ad veſperas celeritate ſua augeatur, aliquid læſum in pulmone conſequenter vulnus adeſſe certum eſt.

In hiſce caſibus ut plurimum in principio ſputum mucoſum adeſt & aliquantum tenax, cui nonnunquam paucus ſanguis admixtus habetur, poſt dies aliquot ſputum

hoc

hoc purulentum evadit, quo ſignum eſt vulnus abiiſſe in ſuppurationem ulcusque nunc eſſe apertum. Si ulcus magnum non ſit, & æger cæterum corpore bene conſtituto gaudeat, ſanitatem ſperare licet. Si vero ulcus magnum, æger natura ſua pulmone debili præditus ſit, aut acribus ſcateat humoribus, ſymptomata in dies fere exaſperantur, vicinas ulcus arrodit partes & medelæ ignaram corporis conſumptionem generat.

Nonnunquam exteriores vulneris margines conjuncti conſolidantur, ſputa exinde deficiunt; verum continua eaque ſicca tuſſicula ægrum torquet, tandem in vulneris cavo pus accumulatur, & inde exorta adeſt vomica clauſa: ſi hæc magna non ſit, & blandi ſimul habeantur humores, ſat diu clauſa manet, quin magnum ægro adferat moleſtiam, tandem non ſecus ac in peripneumonia obvenire ſolet, tales vomicæ inflammantur, rumpuntur, ſeque per levans purulentum ſputum evacuantes conſolidantur.

Si autem vomica talis magna ſit, humores acrimonia ſcateant, æger de pondere in pectore conqueratur, ſine magna moleſtia

leſtia in uno aut altero latete nequeat decumbere, vehementer tuſſiat ſine ſputis, continuo febricitet, atque hæc febris veſperi per accedentes horrores increſcat tandem calor magnus, ſomnus inquietus & ultimo laſſitudinem inducens ſudor, tali vomica rupta ægri ut plurimum ſputum copioſum, male olens & virideſcens exſpuunt, atque plerumque enarrata prius continuant ſymptomata; quod ſi vero hæc clauſa maneat, mole ſua ſemper augetur, accedit tuſſis vehementior, minuuntur vires, & communi fato mors anxia tarda ſcenam claudit.

Si poſt hæmoptoën tuſſicula ſicca, ardens advertatur, febris tamen valida non foret, ægro remedia paregorica & humectantia *ſub Nro. 2.3. 18. 19.* exhiberi poſſunt.

Si vero febris vehemens eſſet, pulſus plenus foret & tenſus, venæ ſectionibus & refrigerantibus *ſub Nro. 1. 20. 21.* auxilium ferendum eſt.

Si inde ardor & febris remittant, & ſputaque purulenta prodire incipiant, remedia *ſub Nro. 19. 22. 23. & 24.* porriguntur,

ve-

veſperi vero ſemper ea, quæ Nro. 2. 15. & 16. habentur, danda ſunt.

Aër ruſticanus, moderatus corporis motus in equo aut rheda his ægris ſumme ſalutaria omni tempore experta fuerunt, inde enim vires ſat cito recuperant, & ſanitatem conſequuntur, ſi præſertim ſimul laudata antea remedia in uſum trahant: nonnunquam etiam remedium ex cortice peruviano *ſub Nro. 17.* laudatum multum conducit, aut aquæ ſelteranæ cum lacte.

Si vero ulcus in pulmone nimis magnum ſit, febris nullo modo remittat, ſed augeatur, ſi ſputa fuſca, virideſcentia & fætida evadant, mala eſt prognoſis, nonnulli tamen per remedia Nro. 19. 22. & 25. enarrata ſervantur.

Attamen ſi cuncta hæc remedia debito ordine adminiſtrata nil proſunt, parum ſpei ſupereſt, & cura ſolummodo palliativa locum habet, quæ ſcilicet per remedia prius recenſita humectantia exorbitantem moderetur tuſſim, per leniter refrigerantia & paregorica *ſub Nro. 2. 3. 18. 19.* dicta calorem veſpertinum & febrilem refrenet impetum,

tum, atque ſic quantum poſſibile, morbum tolerabiliorem reddat.

Copioſus & defatigans ſudor, ut & diarrhæa colliquativa in hoc morbo peſſima ſunt ſymptomata. Sudor per remedia Nro. 17. & 26. laudata minuitur: diarrhæa vero per remedia ex bolo Armeniæ & terræ catechu Nro. 4. & 5. inhibetur.

Si pedes aut abdomen ægris intumeſcant, leniter diuretica *ſub Nro. 27. & 28.* exhibenda, nec non frictiones cum fumo baccarum juniperi inſtituendæ ſunt.

Ita pariter nonnunquam lene purgans *ſub Nro. 29.* exhiberi poteſt, præcipue ſi æger ob repletionem muci appetitu careat, nec contradicant vires ægri.

Quandoque ſputum in pthyſicis tanta acredine præditum eſt, ut partes colli internas arrodendo vulneret, atque ſic ardentem in deglutiendo cauſet dolorem, tunc remedia inviſcantia Nro. 30. 31. & 32. locum habent.

FORMU-

Formulæ.

Nro. 1.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 2.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
f. l. a. emulſ.
colatur. lib. j. adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vaſculum.

Nro. 3.

℞. Nitr. pur. ſcr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. tiliæ Unc. vijß
m̄.
Sumat omni hora cochlear.

Nro. 4.

℞. Bol. Armen. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. vij.
m̄.
Sumat omni hora cochlear. duo.

Nro. 5.

℞. Bol. armen. dr. ij.
pulv. terr. catechu dr. ß.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. vij.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 6.

℞. Alumin. rupei gr. x.
ſolve in
aq. flor. rhæad. Unc. viij.
dein adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 7.

℞. Pulv. rad. tormentil. dr. j.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. vij.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 8.

℞. Rad. ſalep. dr. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 9.

Nro. 9.

℞. Pulv. ſpec. diatrag. frig. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. jv.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 10.

℞. Ol. amygd. rec. preſſ.
vitel. ovor. ſubact. Unc. ß.
cui adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̄.
pro linctu.

Nro. 11.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ſolv. in aq. flor. Til. Unc. jv.
dein adde:
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio duo cochlearia.

Nro. 12.

℞. Rad. conſolid. maj. Unc. jv.
— alth. Unc. ij.
— glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 13.

℞. Oximel. ſimplic. Unc. ij.
aq. flor. rhæad. Unc. vj.

m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 14.

℞. Oximel. ſimpl. Unc. ij.
ſyr. diacod. Unc. j.

m̄.

Sumat ſæpius parvùm cochlear.

Nro. 15.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. vj.
f. inde pillul. N. ij.
d. pro doſi.

Nro. 16.

℞. Laudan. pur. gr. j.
lap. cancror. gr. xv.

m̄.

f. pulv. p. doſi.

Nro. 17.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jß.
coq. ſ. q. aq. p. horam
colatur lib. jß. adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aā Unc. jß.
m̄r.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum tepide.

Nro. 18.

℞. Rad. altheæ Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. per ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ. p. ¼
hor. colatur. lib. ij.
d. uſui.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 19.

℞. Lichen. Island.
glycyrrh. aā Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 20.

℞. Decoct. hord. lib. jv.
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.
m̄. p. potu.

Nro. 21.

Nro. 21.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. altheæ M. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 22.

℞. Rad. polygal.
— glycirrh. aâ Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 23.

℞. Conſerv. heder. terreſt.
— fumar.
ſyr. diacod. aâ Unc. j.
m̄.
Sumat omni bihorio parvum cochlear.

Nro. 24.

℞. Pulv. cort. peruv. Unc. β.
conſerv. ſalv. Unc. jβ.
ſyr. ſalv. q. ſ. ut f. electuar.
Uſus ut prioris ſuperbibendo infuſ. ex
hb. agrimon.
virgæ aureæ. &
flor. verbaſci.

Nro. 25.

Nro. 25.

℞. Pulv. rad. polygal.
— peruv. aà Unc. ß.
mel. pectoral. q. ſ.
ut fiat molle electuar. detur
Sumat omni bihorio parvum cochleare.

Nro. 26.

Hb. ſalv. M. jß.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. p. ½
hor. colatur. lib. jß. adde:
ſyr. ſalv. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni trihorio vaſculum.

Nro. 27.

℞. Lapid. cancror.
acet. colchic. aâ dr. iij.
ſyr. alth. Unc. jß.
aq. fœnicul. Unc. viij.
liq. terr. fol. tartar. dr. ij.
ſp. nitr. dulc. gtt. xx.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 28.

℞. Rad. V. aperient. aâ dr. iij.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
per ½ hor. colatur. lib. ij. adde:
liq. terr. fol. tartar. dr. iij.
ſyr. fænicul. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bi-vel trihorio vaſculum calide.

Nro. 29.

℞. Rhei cleſt.
ſal. polychreſt. aâ ſcr. ij.
m̄. f. pulv.
pro doſi.

Nro. 30.

℞. Aq. flor. ſambuc. lib. jß.
mel. roſar.
ſyr. moror. aâ Unc. jß.
ſucc. ſemperviv. maj.
rec. expreſſ. Unc. jv.
m̄.
pro collutorio.

Nro. 31.

℞. Decoct. hord. lib. jß.
mucilag. ſem. cydon. Unc. ij.
ſyr. diacod. Unc. j.
m̄.
pro collutorio.

Nro. 32.

Nro. 32.

℞. Mel. roſar.
mucilag. ſem. cydonior. aâ Unc. j.
m̄.
d. uſui.

De Aſthmate.

Aſthma eſt morbus pectoris, cujus ſignum pathognomicum in reſpirationis difficultate conſiſtit, laborioſe enim & anxie hi ægri reſpirant, omnique momento ſuffocationem metuunt, aperto ore & pinnis narium diſtractis ſimul aërem hauriunt agitando totum pectus humerosque. & brachia, ut in qualibet reſpiratione ſibilus & ſtrepitus in pulmone percipiatur.

Si aſthma nimis vehemens ſit, intumeſcit facies, labia cæruleo colore tument, oculi orbita eminentes rubent, glutinoſus ſudor toto corpore prorumpit, extrema frigent, anxietas & metus ſuffocationis ad ſummum evehuntur. Præterea pulſus frequentiſſime febrilis, inæqualis & debilis eſt, ſubinde tamen plenus & tenſus, nonnunquam inæqualis, intermittens.

Tuſſis non eſt perpetuus comes aſthmatis, nihilominus ægri ſæpe valde laborioſa & ſicca torquentur, nonnunquam vero ſputa copioſa ejiciunt.

Aſthma periculoſus ſemper, ſæpe omnis medelæ ignarus morbus, nonnunquam continuus cum exacerbatione veſpertina.

Sunt ægri, qui interdiu libera omnino reſpiratione gaudent, ut primum vero lectum petunt, & in ſomnum labuntur, mox terrificis & anxiis infeſtantur inſomniis, evigilant ſubito, lecto exſiliunt, feneſtras ad aërem renovatum hauriendum avertendamque ſuffocationem aperiunt, atque ſic levamen ſibi conciliant. Nonnulli vero regulares quaſi & intermittentes experiuntur paroxiſmos, qui tempore determinato, inopinate tamen & ſubito invadunt; hæc tragœdia denuo poſt aliquot horarum ſpatium terminatur.

Omne, quod aſperam arteriam valde contrahit, comprimit, obdurat, igitur inevitabili in- & exſpirando aëri viam occludit, aſthma cauſat. Subjecta, quorum ſyſtema nervoſum nimis debile aut irritabile eſt, conſequenter ſpaſmis laborant, ſæpius hoc mor-

bo affliguntur. His plerumque collum ita conſtringitur, ut aër incluſus globum quaſi formare videatur, qui reſpirationem moleſtam & anxiam reddit.

Si jam ex nota ægri idioſyncraſia pateat totum malum a ſpaſmis provenire, ſub paroxiſmo remedia *ſub Nro. 1. 2. 3.* naribus admoventur, ut olfaciant, aut de ſpiritu cornu cervi aut tinctura caſtorei aliquot guttulæ in cochleari aquæ fontanæ ingeri poſſunt: his non ſufficientibus utendum eſt remedio *ſub Nro. 4.* quo plerumque talis paroxiſmus brevi jugulatur. Clyſmata ex ſaturato chamomillæ infuſo addito pauculo ſachari & oleo hic multum proſunt aut ea, quæ Nro. 5. 6. videntur.

Ut vero in poſterum hi paroxiſmi præcaveantur, hi ægri pilulis *ſub Nro. 7. 8.* recenſitis longo tempore utantur, oportet: ſi vero ad corroborandum nervorum ſyſtema conſequenter debellandos ſpaſmos non ſufficerent, remedia *ſub Nro. 9, 10. 11,* ſufficiente doſi danda ſunt.

Alii demum occurrunt, qui ſani videntur, ſed mox ob auram humidam, nebuloſam anxietates in pulmonibus experiuntur,

& laborioſe reſpirant, quod frequenter a debilitate & laxitate pulmonum dependet, his pilulæ *ſub Nro. 12. & 13.* conveniunt, quæ ſi minus proſint, ea, quæ ex cortice & marte Nro. 9. 10. 11. ſuadebantur, exhibenda ſunt: præſertim vero conducit verno & æſtivo tempore loca montoſa inhabitare, ubi aër recens, purus, fortis hauritur, nec non corpus equitando, aut alio corpus non defatigante motu exercere.

In nonnullis ſæpe pulmo ſubito repletur ſanguine, oriturque aſthma ſanguineum, tale quid contingit in ſubjectis plethoricis poſt vehementem iram, terrorem &c. aut ſi fluxus hæmorrhoidum, menſtrua purgatio, lochia aut narium hæmorrhagia ſubito ſiſtantur. Tales ægri viribus ſummopere proſtractis decumbunt, facies & oculi rubent tumentque, manus ac pedes frigus invadit, pulſus inæqualis & ſuppreſſus eſt.

Hoc in caſu ſæpe unica venæ ſectio totum malum jugulat, quæ tamen, ſi non ſufficit, toties, quoties neceſſitas poſtulat, repetenda eſt. Interim ægro copioſa decocta attenuantia & refrigerantia non ſecus,

ac

ac in peripneumonia exhibentur, ſimul injiciuntur clyſmata, pedesque & manus pannis calidis perfricantur.

Si exinde libera evadat reſpiratio, ægri per dies aliquot remedia Nro. 14. 15. 16. dicta aſſumere debent, ut ſic corpus a nimiis humoribus depleatur, ſi vero mox in principio hæmorrhoides tumere advertantur, ſanguiſugarum applicatio venæ ſectioni præferenda eſt.

Haud aliter illis accidit, qui ſanguinem ſpiſſum, mucoſum in vaſis ſuis vehunt; dum materies hæc ſpiſſa & mucoſa in pulmone accumulatur, aſthma mucoſum diu durans generat; ægri hi multum & anxie tuſſiunt, & nonnunquam ſputum mucoſum, tenax excreant. In hoc caſu medicamenta *ſub Nro. 17. 18. 19. 20. 21.* mucum incidentia, attenuantia & per ſputa, alvum vel urinam de corpore eliminentia indicantur.

Nonnulli horum ægrorum hiſce remediis ſæpe feliciter & in integrum curantur, verum moleſta & ſibiloſa reſpiratio ſubito iterum per paroxiſmos revertitur, ſæpeque tanta cum vehementia, ut non immerito ſuffocatio metuatur.

Sub

Sub hoc paroxiſmo enarrata antea remedia ſeponenda ſunt, ſed ægro libero aëri expoſito remedium *ſub Nro. 4. & 22.* propinandum eſt. Si autem diu perſiſteret paroxiſmus, veſicantia ſimul ſuris applicanda & clyſmata irritantia injicienda ſunt.

Dum paroxiſmi remiſit vehementia, remedia antea laudata denuo in uſum trahere & veſicantia diu in fluxu ſervare oportet; tali ratione continuo alternatim procedendum eſt, donec ſenſim fugati paroxiſmi prorſus exulent.

Poſtea hi ægri plerumque longo adhuc tempore languent, & poſt omnem motum corporis aliquantum majorem longioremve cordis palpitatio, difficilisque reſpiratio exoritur. Ut & hæc incommoda prorſus tollantur, remedia martialia *ſub Nro. 10. 11.* deſcripta aſſumere opus eſt, ſimulque moderata corporis exercitia cum aëre rurali imperantur.

Alii ſæpenumero ægri de continua ex capite defluente materie acri tenui conqueruntur, quæ titillatione ſua tuſſim vehementem, in pectore ardorem & anxiam aſthmaticam reſpirationem excitat. Hoc in caſu

ſu, decocta humectantia mucilaginoſa Nro. 23. & 24. laudata larga manu porrigenda diuque continuanda ſunt; hæc meliorem adhuc edunt effectum tertia parte lactis admixta: ſi vero hæc defluxio continua & copioſa foret, ſimul veſicans ad nucham ponere convenit.

Si jam defluxio acris illius materiæ ex capite ceſſet, tuſſis tamen & hæc titillans irritatio perſiſtat, etiam remediis *ſub Nro. 25. 26. 27. 28.* recenſitis medela fertur. Admodum frequenter contingit, ut materies podagrica, arthritica, rheumatica ad pulmones deponatur, & aſthma inde procuretur. Hoc in ſtatu attenuantia, emollientia & leniter diuretica *ſub Nro. 23. 29. 30. & 31.* magna copia ſumenda ſunt, donec levamen habeatur; eæ vero partes, in quibus materies nunc ad pulmonem hærens antea ſedem habebat, per remedia externa, uti ſunt veſicantia, ita irritandæ ſunt, ut huc revocata materies denuo partes has obſideat.

Si aſthma ex ſcabie male tractata, retropulſa originem trahat, ut plurimum

reme-

remedia *ſub Nro. 18. 32. 33. 34.* proſunt.

Emollientia etiam, attenuantia, ſanguinem depurantia *ſub Nro. 23. 29. 30. & 31.* longo uſu adhibita conveniunt; his ſumptis copioſum ſæpe ſputum ſequitur, & malum ceſſat.

In his ſimilibusque, ubi aſthma a materie acri ad pulmones depoſita exoritur, ægro ad brachia aut pedes fontanellam ponere & ſat longo tempore in fluxu conſervare bonum eſt.

Non raro in vomicis & pulmonum ſcirrhis aſthmatis cauſa conſiſtit, plerumque tunc tuſſis adeſt ſicca, ſibilans. Si tale quid ex cauſis prægreſſis, ex prioribus & adhuc præſentibus ſymptomatibus cognoſcatur, æger ita tractandus eſt, ut in peripneumoniæ ſimili caſu conſultum erat.

Aſthma ſæpe oritur a repletione ventriculi aut a flatibus, ſi primum, emetica juvant & purgantia, ſi ſecundum, remedia *ſub Nro. 35. 36. & 37.* commendantur.

Quare aſthmate laborantes ſedule caveant, ne ventriculum multis indigeſtibilibus

bus flatulentis cibis onerent, alvumque habeant ſemper apertam. Denique vehemens diuque durans aſthma plerumque ſequitur immedicabilis pectoris hydrops.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Acet. antiſeptic. P. P. Unc. j.
d. uſui.

Nro. 2.

℞. Spirit. corn. cerv. dr. j.
d. uſui.

Nro. 3.

℞. Tinctur. caſtor. dr. ij.
d. uſui.

Nro. 4.

℞. Aq. ſtillat. rut. Unc. jv.
ſyr. menth. Unc. j.
tinctur. caſtor. gtt. xx.
laud. liquid. gtt. xv.
m̃.

Sumat omni ¼ hora unum vel duo cochlear.

Nro. 5.

℞. Flor. arnic. dr. j.
— chamomil. M. j.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid. p. ¼
hor. colatur. Unc. vj.
exhibe pro clyſmate.

Nro. 6.

℞. Camphor. gr. xx.
mucilag. gum. arab. Unc. ß.
in mortar. marmor. bene tritis & miſtis adde:
aq. fl. chamomil. Unc. vj.
m̄. pro clyſmate.

Nro. 7.

℞. Gum. ammoniac.
— galban. aâ dr. jß.
camphor.
caſtor. aâ gr. xv.
maſſ. pilul. Ruff. dr. ß.
tinctur. ſuccin. q. ſ. ut
fiant pilul. gr. iij.
Sumat ter de die pilul. tres.

Nro. 8.

Nro. 8.

℞. Gumm. galban.
— ammoniac.
extract. hyo. ſciam. aâ dr. j.
camphor.
caſtor. aâ gr. XV.
tinctur. ſuccin. q. ſ. ut
fiant pilul. gr. iij.

Summat ter de die pilul. tres cum infuſ. flor. chamomil.

Nro. 9.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jß.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. horam
colatur Unc. Vj. adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum tepide.

Nro. 10.

Nro. 10.

℞. Limatur. mart. n̄. rubiginoſ. Unc. β.
cort. peruv. ſelectiſſ. dr. vj.
— cinamom.
— winteran. aâ dr. iij.
— Zedoar. dr. jβ.
fiat. pulv. cui affunde.
vini auſtriac. vel alterius ſubacid. generoſ. lib. jβ.
relinque per 24 horas in digeſt. agitando ſubinde, dein colatur. exhibe.

Sumat omni trihorio cochlear. ij. ſenſim augendo doſim, ſi opus fuerit.

Nro. 11.

℞. Limatur. mart. n̄. rubig.
pulv. cort. peruvian. aâ Unc. β.
— myrrh. elect. dr. j.
conſerv. menth. Unc. ij.
ſyr. menth. q. ſ.
m̄. f. electuar.

Sumat omni trihorio ad magnitudinem nucis moſchatæ.

Nro. 12.

Nro. 12.

℞. Oliban.
maſtich. aâ dr. j.
ſucc. liquirit. inſpiſſ. Unc. ß.
terebinth. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. IV.

Sumat omni trihorio duas ſuperbibendo vaſculum infuſ. ex herb. agrimon.
virg. aureæ &
flor. verbaſc.

Nro. 13.

℞. Oliban.
maſtich. aâ dr. ij.
myrrh. elect. dr. j.
terebinth. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.

Sumat ter de die pilul. IV. & bibat deſuper vaſculum infuſ. ſalv.

Nro. 14.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
Syr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 15.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.
Sumat ter vel quater de die cochlear unum.

Nro. 16.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
Syr. berber. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 17.

℞. Sal. polychreſt. dr. j.
f. pulv. p. doſi.
Sumat omni trihorio talem.

Nro. 18.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
pulv. rad. jalapp. dr. jß.
conſerv. fumar.
— naſturt. aquat. aâ Unc. jß.
Syr. rad. V. aperient. q. ſ.
m̄. f. conſerva.
Sumat omni trihorio parvum cochlear.

Nro. 19.

Nro. 19.

℞. Gumm. ammoniac.
vitell. ovor. ſubact. dr. ij.
ſal. polychreſt. dr. jß.
aq. fæniculi. Unc. viij.
ſm̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 20.

℞. Elixir. pptis dulc. P. P. Unc. iij. detur.
Sumat ter vel quater de die cochlear unum, & bibat deſuper vaſculum infuſ. hyſſop.

Nro. 21.

℞. Aq. ſtill. majoran. Unc. viij.
oximel. ſimpl. Unc. iij.
liq. terr. fol. tartar.
ſpir. cochlear. aâ dr. ij.
m̄.
Sumat omni trihorio duo cochlear.

Nro. 22.

℞. Aq. ſtillat. rut. Unc. viij.
ſyr. menth. Unc. jß.
ſpir. ſal. ammon. aniſat. gtt. xx.
laud. liq. ſydenh. gtt. xv.
m̄.
Sumat omni ½ hor. unum vel duo cochlear.

Nro. 23.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein adde:
flor. alth. M. jβ.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ. p. ½
hor. colatur. lib. ij. exhibe.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 24.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. miſt. exhibe.

Nro. 25.

℞. Pulv. ſpec. diatrag. frigid. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jβ.
aq. flor. rhæad. Unc. IV.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 26.

℞. Ol. amygdal. rec. preſſ. Unc. β.
vitell. ovor. N. j.
in mortar. marmor. bene ſubactis
adde:
Syr. diacod. Unc. jβ.
m̄. pro linctu.

Nro. 27.

Nro. 27.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. IV.
dein adde:
Syr. flor. rhæad. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio cohlear. duo.

Nro. 28.

℞. Nitr. pur. ſcr. ij.
Syr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. til. Unc. vij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 29.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 30.

℞. Rad. bardan. Unc. ij.
conſciſ. ſeq. ſ. q. aq. p. $\frac{1}{4}$ hor. dein adde:
rad. fænicul. Unc. j.
relinque adhuc in ferv. infuſ. p. $\frac{1}{4}$ hor. colatur. lib. ijß. adde:
Syr. fumar. Unc. ijß.
liq. terr. fol. tartar. dr. iij.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 31.

℞. Rad. v. aperient. aâ dr. iij.
conſciſ. infund. ſ. q. aq. fervid. p. $\frac{1}{2}$ hor. colatur. lib. ij. adde
liquor. terr. fol. tartar. dr. iij.
Syr. fænicul. Unc. ij.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 32.

℞. Extr. cicut. Unc. ß.
maſſ. pilul. extr. cathol. dr. j.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres cum ſequenti potu theato.

Nro. 33.

Nro. 33.

℞. Hb. flammul. Jov.
glycyrrh. aâ Unc. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 34.

℞. Scammon. dr. j.
flor. ſulphur.
magnes. nitr. aâ Unc. ß.
m̄. fiat pulv.

Sumat ter de die parvum cochlear, ſuperbibendo duo vaſcula infuſ. ex rad. bardan. & glycyrrh.

Nro. 35.

℞. Aq. menth. Unc. vij.
Syr. menth. Unc. jß.
ſp. menth. dr. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 36.

℞. Sal polychreſt.
magnes. nitr.
lapid. cancror. aâ dr. ij.
Syr. menth. Unc. ij.
a. menth. Unc. viij.
m̄.

Sumat ut prius.

 Nro. 37.

Nro. 37.

℞. Aq. meliſſ. Unc. vj.
Syr. de cinamom. Unc. j.
liquor. anod. min. gtt. xx.
m̄.

Uſus ut prioris.

De Hydrope Pectoris.

Thoracis hydrops oritur, dum in uno vel utroque pectoris cavo materies aquoſa accumulatur.

Morbus hic in principio raro cognoſcitur plerumque ſubdole tardoque pede ſe inſinuat, atque quamprimum manifeſta ſigna offert, malum ut plurimum tam altas radices fixerat, ut nulla ratione amplius eradicari poſſit, præſertim ſi ſe inſuper aliud pulmonis vitium adjungat.

Copioſo per totum corpus ſudore perfuſi, ſi cum ſubito refrigerio ſudorem hunc repellant, non raro hydropem pectoris ſibi cauſant, ut plurimum tamen hic morbus aliorum thoracis morborum chronicorum ſequela eſt.

Qui

Qui hoc morbo laborant, ſiccam continuo experiuntur tuſſiculam & licet quid de pectore ejiciant, ſpumans eſt & aquoſum. Hi ſi diutius aut aliquantum altiore voce ſermonem faciant, longius deambulent, loca altiora aſcendant, corpus plus moveant, ſummam ſtatim in reſpirationis negotio difficultatem percipiunt, & ſuffocationis metu a motu deſiſtere jubentur; nunquam libere & profunde valent reſpirare, habitu corporis modoque reſpirandi ſimiles ſunt illis, qui poſt multas curſitationes & validos corporis motus prorſus delaſſati ſunt. Si autem lectum petentes vix in ſomnum delabuntur, brevi anxietate ſubitam ſuffocationem minitante obruuntur, evigilant, præcipites ſurgunt, & feneſtras aperientes in aëre libero levamen quærunt. Si in utroque pectoris cavo copioſa adſit materies, ſitu horizontali decumbere nunquam valent, ſed vel ſedere aut ſaltem caput & thoracem ſolito plus elevatum tenere coguntur. Si autem hæc in alterutro ſaltem cavo adſit, non adeo difficulter in latus affectum decumbunt, in latus ſanum vero decubitus ſine magna anxietate tuſſique valide poſſibilis non

eſt.

eſt. Nonnunquam in his ægris pedum tumor exoritur, unde facilior redditur reſpiratio, quæ hoc tumore evaneſcente denuo pejor redditur.

Aliquando hic tumor alterutrum vel utrumque brachium occupat. Subinde partes hæ laxæ inſenſiles & paralyticæ evadunt, ſæpe ſtrepitus & fluctuatio in cavo pectoris advertitur; in ſitu erecto ægri pondus & tenſionem ad diaphragma percipiunt, hypochondria tumentia totumque abdomen, præcipue in regione ſuperiori gaſtrica elevatum gerentes liberiori tunc reſpiratione gaudent; ſed inde plerumque dolor pungens & tenſivus in medio pectoris altiora verſus aſcendit, unde ægri animo linquunt, aut cor pulſu evaneſcente palpitare incipit.

In hoc morbo urina paſſim pauca mingitur tenuis & aquoſa, nonnunquam turbida cum ſedimento rubro inæquali.

Pulſus ſæpiſſime debilis, parvus, inæqualis, intermittens eſt, nonnunquam tamen in uno brachio fortis & æqualis, etſi in altero inæqualis & debilis deprehendatur.

Si malum necdum firmos fixit pedes, nec in pulmone vitium adeſt, pulſus ſæpiſſime fortis, liber, æqualis, ſcilicet ſanus habetur.

Sudorifera raro in hoc morbo multum adferunt auxilii, unde ſi ægri viribus valeant, omni ſecunda aut tertia die purgans *ſub. Nro. 1. 2. 3. 4.* exhibendum eſt, tempore autem intercalari diuretica remedia *ſub Nro. 5. 6. 7. 8. 9.* adminiſtrentur.

Si hisce remediis multa de corpore elimineтur aqua, reſpiratio evadat facilior, huic methodo inſiſtendum eſt, conciliato interim ſat notabili levamine purgans rarius erit repetendum. Contingit ſæpe, ut hæc purgantia copioſas quidem expellant aquas, reſpiratio tamen nihil ſentiatur facilior, imo æger de ardore, de increſcente anxietate, deque ſiccitate pectoris lamentetur, tuſſisque decreſcentibus viribus incrementa capiat. Hoc in caſu purgantibus valedicendum eſt, ſolumque diuretica in uſum trahenda ſunt.

Si neque his levamen adferatur, actum eſt de ægro, nec quidquam ſupereſt amplius, quam inſtituenda in pectore paracentheſis. Verum ex hac, ſi diu differatur,

non

non multum boni ſperare licebit, ſiquidem æger jam nimis debilitatus eſt, morbique vehementia dominatum obtinuit; neque proderit paracentheſis, ubi hydrops ex pulmonis vitio ortum duxit.

Quibus pedes cum reſpirationis levamine tument, iis conducit pedes tumidos ſuper accenſi ſpiritus vini vaporem tenere, ut hac ratione ſudor capioſus eliciatur. Hoc facto tumor in initio ſæpe ſubito evaneſcit, & ægro anxietas & oppreſſio major ſupervenire videtur, attamen idcirco remedii hujus uſus non ſtatim ſeponendus eſt, ſed per plures dies adhibendus, ita ſæpius multum levaminis enaſcitur, & nonnulli exinde in ſtatum ſanum reſtituuntur.

Tales tumores optimo quoque cum effectu ſcarificantur, aut fontanella ad brachia aut pedes ponitur, imo profunde locatum ſetaceum in pectore, longoque tempore in fluxu retentum non raro profuit.

FOR-

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Pulv. rad. jalapp. ſcr. ijß.
mercur. dulc. gr. V.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 2.

℞. Scammon. gr. XV.
reſin. jalapp. gr. V.
mercur. dulc. gr. iij.
ſach. alb. gr. XX.
m̄.
Fiat pulv. tenuiſſ. p doſi.

Nro. 3.

℞. Pulv. rad. jalapp. dr. ij.
cremor. tartar. dr. iij.
pulp. prunor.
roob. ſam̄buc. aâ Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio parvum cochlear, donec purgetur.

Nro. 4.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
pulv. rad. jalapp. dr. jß.
conſerv. fumar.
— naſturt. aquat. aâ. Unc. jß.
Syr. rad. V. aperient. q. ſ.
m̄. f. conſerva.
Sumat omni bihorio parvum cochlear.

Nro. 5.

Nro. 5.

℞. Aq. ſtill. rut. Unc. viij.
ſpir. ſal: ammoniac. dr. iij.
acet. rutac. q. ſ. ut fiat
perfecta ſaturatio,
dein adde:
ſyr. rad. V. aperient. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 6.

℞. Aq. majoran. Unc. viij.
oximel. colchic. Unc. iij.
liq. terr. fol. tartar.
ſpir. cochlear. aâ. dr. ij.
m̄.
Sumat omni trihorio duo cochlear.

Nro. 7.

℞. Scill. recent. minutim conſciſ. dr. iij.
ſem. foenicul. leviter contuſ. Unc. ß.
vin. bon. acidul. lib. jß.
digere per 24. horas vaſe clauſo
igne leni, colatur. exhibe.
Sumat omni trihorio cochlear. unum, ſenſim
augendo doſim.

Nro. 8.

℞. Pulv. milleped. Unc. β.
terebinth. q. ſ. m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat omni trihorio pilul. tres, ſuperbibendo vaſculum infuſ. ex rad. polygal. & glycyrrh.

Nro. 9.

℞. Rad. V. aperient. aâ. dr. iij.
conſciſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
p ½ hor. dein colatur. lib. ij.
adde:
liquor. terr. fol. tartar. dr. iij.
ſyr. fœnicul. Unc. ij.
Sumat omni bi-vel trihorio vaſculum.

De Palpitatione Cordis.

Si cor præter modum naturalem celerius & vehementius ſe contrahat, ægrum debilitet, anxium reddat & in ſuis actionibus impediat, hic ſtatus palpitatio cordis appellatur.

Poſt hæmorrhagias validas aut alias vehementes evacuationes, quæ corpus neceſſariis ſuis humoribus privant, nimium itaque debilitant, aut etiam poſt morbos atroces

atroces acutos & chronicos talis inducitur debilitas, ut poſt nimium corporis & animi motum cor vehementer pulſare incipiat, novaque ſanationem retardans debilitas procuretur. In hoc caſu, ſiquidem ob humorum defectum vires exhauſtæ ſunt, male conſuleret, qui ægrum per ſtimulantes potus ciboſque multum aromaticos roborare contenderet.

Sed in principio adlaborandum eſt, ut corpus nutriatur per jura carnium, cremorem hordei, oryzæ ſimiliaque nutrientia, & ſic denuo ſomnus & quies corpori concilietur. Si ſufficiens nunc adſit humorum copia, nonnihil vini ciborumque aromaticorum concedere convenit, ſimul aura favente deambulare aut curru vehi licebit, quod ſi in aëre ruſticano contigerit, omnium optime conducet, præſertim omni ſtudio ſublimiori & curis ſimul evitatis: ſimplici hac ſecura nihilominus methodo ſimiles ægri ſæpenumero curantur.

His tamen omnibus adhibitis, ſi palpitatio continuet, & æger nihil appetens de debilitate conqueratur; remedia roborantia

ex

ex cortice peruviano & marte Nro. 1. 2. 3. recenſita danda ſunt.

In fæminis etiam & viris ſpaſmis laborantibus ſæpe ſubito vehemens continuaque cordis palpitatio ſe manifeſtat, quæ ſolum modo ſpaſmos & inordinatum ſpirituum influxum pro cauſa agnoſcit, & ut plurimum ab ira, terrore, timore, gaudio aut aliis etiam levioribus animi affectibus originem trahit, in hoc caſu remedia *ſub Nro. 4. 5. 6. 7.* ſubitum levamen adferunt.

Verum leviſſime & alias nec quidquam nocentes cauſæ efficiunt, ut in his ſubjectis celeriter & frequenter palpitatio cordis revertatur; ad hanc tam frequentem recidivam præcavendam & impediendam pilulæ Nro. 8. recenſitæ longo uſu exhibendæ ſunt.

Si autem nervi adeo debilitati eſſent, ut remedium hoc pro morbo in integrum jugulando non ſufficeret, unum quoque ex remediis ſub *ſub Nro. 1. 2. & 3.* tentandum eſt.

Nonnunquam palpitationem cordis plethora generat, in quo caſu venæ ſectio certiſſimum præbet auxilium, quæ ſecundum ægri vires menſuranda eſt, quod ſi tamen

venæ ſectionibus ſufficienter inſtitutis malum non minueretur, remedia refrigerantia, ſanguinem attenuantia, leniterque purgantia *ſub Nro. 9. 10. 11. 12. 13. 14.* locum habent. Pari paſſu procedendum eſt, dum hæmorrhoides, menſtrua ſuppreſſa plethoram & exinde naſcentem palpitationem cordis generant.

In ſubjectis etiam robuſtis & ſanis poſt ſubitos animi affectus inconſueta & multum angens cordis palpitatio ſæpe exoritur, cui non raro animi deliquium ſuccedit: hi ſi quieti ſedent, ſuaque animi pathemata refrænare norint, totum plerumque malum ſuperant. Quod ſi tamen palpitatio non ceſſaret, & ægro calor ſimul & pulſus tenſus accederet, mox vena ſecanda, injiciendum clyſma & remedia Nro. 9. 11. 15. 16. recenſita porrigenda ſunt.

Quæ ſi ſufficientia non ſint, & æger inſomnis & inquietus jaceat, omni bihorio vaſculum de remedio Nro. 17. dicto vel ea *ub Nro. 18. 19.* exhibere oportet, hac methodo frequenter admodum palpitatio ſopitur. Si tamen cuncta hæc nil prodeſſe contingeret, ſed ſuo tenore pergeret palpitatio,

tio, pulſus inæqualis haberetur & intermittens, ſi malum ad omnem motum exaſperaretur & ægrum propter anxietatem pectoris in ſuffocationis periculum conjiceret, plerumque in corde polypus aut præternaturalis cordis vel ejus vaſorum dilatatio, id eſt, anevriſma latet. Status hic multum periculoſus eſt, & niſi in principio obex ponatur, ut plurimum medelæ ignarus evadit.

Ægri hi ſumma in quiete permaneant oportet, ſæpiusque celebretur venæ ſectio, ut ſic cordis impetus pacatior reddatur, præterea bene conducit remedium *ſub Nro. 11.* cum vaſculo ſeri lactis vel lactis ebutyrati, aut horum loco *ſub Nro. 14.* poſitum admiſtretur remedium.

Si jam malum exinde miteſcat, ſpes ſalutis affulget, ſed diuturnus horum remediorum uſus neceſſarius eſt, & quamvis malum procul jam exulare videatur, omnis adhuc metus vehementior & labor vitanda ſunt. Si autem levamen non appareat, malum amplius curam non admittit radicalem, ſed ſolum cura palliativa, quæ faciliorem morbo tolerantiam reconciliet, locum habet.

Attenuantia remedia continuo exhiberi poſſunt, ut primum vero pulſus inſurgit, palpitatio augetur & anxietas ad magnum evehitur gradum, ſine mora venæ ſectio facienda eſt. Quia autem tale quid frequentius obvenit, magnas non ſemper opus eſt celebrare venæ ſectiones, ſed tantum ſanguinis detrahendum, quantum ad ſui mitigationem ſymptomata poſtulant.

Si vero palpitatio & anxietas ægro ſomnum adimeret, opiatum *ſub Nro. 17. 20. 21.* ſemper ad veſperas porrigere oportebit, paregorica quoque remedia *ſub Nro. 18. 22. 23. 24.* interdiu ordinantur, dum anxietas & palpitatio ſua vehementia increſcunt, continuant, nec remedia prius recenſita medelam præſtitere ullam.

Hæc medendi methodus etiam illis adaptari poteſt, quos poſt valida corporis exercitia, poſt adhibitam vim externam, percuſſionem ſcilicet, lapſum, elevationem, aſcenſionem &c. ſubita & continuans invadit palpitatio. His ex cauſis nata ſymptomata ſemper majoris momenti ſunt, quia ſæpenumero cordis aut arteriarum exoritur aneuriſma, & quamvis hoc malum in initio

non

non tanti momenti videatur, tamen toties neglectum aut medela minus efficaci tractatum incurabile redditur.

Patet hinc, quam male agant ægri, qui in principio ſtatim quieti manere nolunt, & hæc tanquam levia ſpernentes ſymptomata conſilio medici non obtemperant.

Formulæ.

Nro. 1.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jß.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. hor.
dein colatur. Unc. vj. adde:
Sachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora aut bihorio vaſculum.

Nro. 2.

℞. Limatur mart. n̄ rubigin. Unc. ß.
cort. peruv. ſelectiſſ. dr. vj.
— cinamom.
— winteran. aâ dr. iij.
rad. zedoar. dr. jß.
m̄. f. pulvis, cui affunde:
vin. bon. auſtriac. vel
alterius ſubacid. generoſ. lib. jß.
relinque p 24. horas in digeſt. agitando ſubinde, dein colatur. exhibe.
Sumat omni trihorio cochlear. ij. ſenſim augendo doſim.

Nro. 3.

℞. Limatur. mart. n̄ rubigin.
pulv. cort. peruv. aâ Unc. β.
— myrrh. elect. dr. j.
conſerv. menth. Unc. ij.
ſyr. menth. q. ſ.
m̄. f. electuar.

Sumat omni trihorio ad magnitudinem nucis moſchatæ.

Nro. 4.

℞. Camphor. gr. viij.
amygdal. dulc.
ſem. melon. aâ Unc. j.
f. l. a. emulſ. cum.
aq. fontan. colatur. lib. jβ.
adde:
ſachar. alb. Unc. j.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 5.

℞. Tinctur. caſtor. dr. ij.
d. uſui.

Nro. 6.

℞. Aq. rut. Unc. IV.
Syr. menth. Unc. j.
tinctur. caſtor. gtt. xx.
laud. liq. ſydenh. gtt. xv.
m̄.

Sumat omni ¼ hora unum vel duo cochlear.

Nro. 7.

Nro. 7.

℞. Aq. rutæ Unc. viij.
Syr. menth. Unc. jß.
ſpir. ſal. ammoniac. aniſat. gtt. xx.
laudan. liq. ſydenh. gtt. xv.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 8.

℞. Gumm. ammoniac.
— galban. aâ dr. jß.
camphor.
caſtor. aâ gr. xv.
maſſ. pilul. Ruff. dr. ß.
tinctur. ſuccin. q. ſ. ut
fiant pilul. gr. iij.
Sumat ter de die pilul. tres.

Nro. 9.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. fl. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 10.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. miſt. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
Syr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 11.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.

Sumat ter vel quater de die coechleare unum.

Nro. 12.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 13.

℞. Seri lactis vel
lactis ebutyrat. q. v.
pro potu.

Nro. 14.

℞. Nitr. pur. dr. jß.
roob. ſambuc. Unc. IV.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. deſtill. ſimpl. Unc. xv.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 15.

℞. Lapid. cancror. gr. xx.
nitr. pur. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 16.

℞. Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 17.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
f. emulſ. & colatur. lib. j.
adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 18.

℞. Nitr. pur. ſcr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. til. Unc. vij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 19.

℞. Aq. flor. rhæad. Unc. viij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
ſpir. vitriol. gtt. xv.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 20.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. vj.
fiant inde pilul. N. ij.
Sumat veſperi p. doſi.

Nro. 21.

℞. Laudan. pur. gr. j.
lapid. cancror. gr. xv.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 22.

℞. Laud. pur. gr. j.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. IV.
dein adde:
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio cochlear. duo.

Nro. 23.

Nro. 23.

℞. Syr. diacod. Unc. j.
aq. flor. rhæad. Unc. IV.
laud. liquid. gtt. x.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 24.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. x.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. IV.
dein adde:
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
m̄.

Uſus, ut prioris.

De Tuſſi ſeu Catarrho.

Catarrhus communiter a coryza initium ducit, caput nempe dolore obtuſo & premente afficitur, & reſpiratio per nares aliquomodo impeditur; frequens accedit ſternuatio, & ex naribus materies acris aquoſa deſtillat & profluit, haud raro conqueruntur hoc acre in collo & pectore moleſtiam cauſare, tandem incipiunt tuſſire, ſimulque debilitati vagos ſæpe horrores experiuntur,
tuſſi

& debilitate plerumque auctis circa tempus veſpertinum. Pulſum plus minus febrilem habent, nonnunquam valde ſitiunt non ſine omni ciborum faſtidio.

Frequentiſſime hic morbus a refrigeratione originem ducit, præſertim tempeſtate ſubito frigida ingruente aut aura nebuloſa frigida.

Etſi tuſſis plus moleſtiæ quam periculi ſecum ferre videatur, neglecta tamen in peripnevmoniam, aliumve morbum chronicum abire & hac ratione immedicabilem pthyſim aut hecticam cauſare poteſt.

Si pectoris oppreſſio & tuſſicula a potu frigido aut glaciali oritur, ut æſtivo tempore perſæpe accidit iis, qui a magnis corporis exercitiis multum incaleſcentes ſimilem frigidam gelidam ingurgitant, res hæc etſi levis omnino videatur, ob facilem in peripnevmoniam tranſitum vili pendenda non eſt.

In omni tuſſi præcipue vehementiori, in qua æger magnas debilitates & frequentiores horripilationes percipit, ſalutare eſt quieti ſe dare, omne vitare frigus, multaque reſolventia & decocta emollientia *ſub*

Nro.

Nro. 1. 2. 3. 4. calide aſſumere. Inde plerumque tam in collo quam pectore ardor remittit brevi, ſimul his materies acris a naribus depluens demulcetur magis & inſpiſſatur, ſequitur tandem ſputum levans & ſic tuſſis intra brave tempus terminatur.

Nonnunquam tamen præſente tuſſi febris valida, magna ſitis, multus calor continuansque pectoris oppreſſio ſimul adeſt. In quo caſu venam aperire, atque etiam, ſi pulſus adhuc durus ſit, nec pectoris oppreſſio remittat, pro indicatione ſanguinis miſſionem repetere oportet, prætereaque decocta emollientia ita & remedia *ſub Nro. 5. 6.* porrigantur.

Si jam ſputa prodeant, ſed tenacia, aut in pectore ſtertor advertatur, nec ſufficientes ad ejicienda ſputa æger vires habeat, remedia *ſub Nro. 7. 8.* exhibenda ſunt.

Si propter tuſſis vehementiam noctes haberentur inſomnes, veſpere paregorica *ſub Nro. 9. 10. 11.* danda erunt.

Sæpe ſub catarrho ægri ſe aëri frigido exponunt, unde ſubito tuſſi ceſſante ſe jam curatos eſſe lætantur. Verum ipſi ſibi imponunt & fallax hoc levamen brevi poſthac tuſſi

tuſſi ut plurimum majori vehementia recrudeſcente agnoſcunt, quæ & longius affligit.

Si vero talis non amplius revertatur, mucus ſæpe in pulmone inſpiſſatur, induratur, ſicque aſthmati & pectoris hydropi oriundo occaſionem præbet. Quare ſemper prudentius agunt, qui in morbis etſi ad apparentiam levibus debito modo ſe gerunt, hos patienti animo ſufferunt, & cuncta adhibent, ut perfecte a morbo liberentur.

Si tuſſis alteri adhuc morbo juncta ſit, ſymptomata perpetuo inde exaſperantur.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. altheæ M. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. jß. adde:
nitr pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 2.

Nro. 2.

℞. Rad. alth. Unc. j.
ſol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq.
p. ¼ hor. dein adde:
flor. alth. M. ij.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ. p. hor. colatur. lib. ij. exhibe.

Uſus, ut prioris.

Nro. 3.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſ. exhibe.

Nro. 4.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. miſt. exhibe.

Nro. 5.

℞. Lapid. cancror. ſcr. j.
nitr. pur. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 6.

℞. Nitr. pur.
ſtiq. diaphor. n̄ abl. aâ dr. j.
oximel. ſimpl.
ſyr. flor. rhæad. aà Unc. jß
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni trihorio cochlear. duo cum vaſculo infuſ. ſub Nro. 3.

Nro. 7.

℞. Nitr. pur. dr. ß.
ſtib. diaph. n̄ abl. dr. jß.
oximel. ſcillitic. Unc. ij.
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
aq. fænicul. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 8.

℞. Kermeſ. mineral. gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſ.
Sumat omni bi-aut trihorio talem.

Nro. 9.

℞. Laud. pur. gr. j.
ol. amygd. rec. vel
ol. lin. recent. Unc. j.
m̄.
Pro hauſtu veſpertino.

Nro. 10.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. vj.
f. inde pilul. N. ij.
Sumat veſperi p. doſi.

Nro. 11.

℞. Laudan. pur. gr. j.
lapid. cancror. gr. xv.
m. f. pulvis.
p. doſi.

De Tuſſi convulſiva.

Tuſſis hæc morbus eſt admodum periculoſus & malus, qui frequentiſſime infantes & juvenes, rarius vero adultos afficit.

Ut plurimum vere & autumno obſervatur tuſſis convulſiva, ſubitoque plures ſimul & ſemel aggreditur; atque tunc epidemica & non raro contagioſa advertitur. Si infantes variolis, morbillis, dentitione laborantes eodem tempore hac tuſſi invadantur, eo majus periculum exſurgit.

A tuſſi, qualis communiter cæterum habetur, in principio non adeo manifeſtis ſignis diſcrepat, atque talis per plures dies

& ſeptimanas continuat, dum vero terminus ejus adeſſe creditur, convulſiva primo accedit non ſine pectoris anxietate & pulſu febrili.

Plerumque ſe per paroxyſmos hæc tuſſis manifeſtat, ægri ſcilicet per unam ſæpe duas tresve horas quiete & bene ſe habent, percipiunt tandem anxiam quaſi ebullitionem titillationemque in pectore & collo, ſæpius cum dolore ſcrobiculus cordis contrahitur, obruuntur timore jam noti mali; omnique conatu inſtantem tuſſim impedire ſtudent, verum haud diu reſiſtentiam ponere queunt, urget continua tuſſicula, tandem omni vi & cum ſtertore reſpirant: mox in tuſſim fere ſuffocantem incidunt, denuo ſumma cum anxietate non ſecus ac in ſuffocationis periculo conſtituti aërem hauriunt, atque ſic alternatim per plura minuta, per dimidiam, quandoque integram horam hæc tragoedia luditur; delaſſati tandem paroxiſmo finito quieſcunt.

Durante paroxiſmo ut plurimum angens habetur in pectore ſtertor, facies intumeſcit, liveſcit, oculi ex orbita protuberant, pectoris anguſtia & oppreſſio ad ſummum

mum uſque aſcendit, linqua longe exſeritur, frigent extrema, & pulſus evaneſcit, omni momento ſuffocationis metus adeſt, ſæpe ſanguis per os; per nares vi expellitur, ſæpe magnam muci quantitatem evomunt, quo facto paroxyſmus brevi finem ſuum aſſequitur.

Sæpe hi paroxyſmi ſtatutis ſuis horis recurrunt. Quo citius, quo frequentius, quo majori cum vehementia paroxyſmi redeant, quo longius infeſtent, eo plus periculi imminet.

Morbus hic plerumque binis, ſæpe etiam tribus & amplius menſibus affligit, ſi præſertim initio negligitur, aut ægri remedia oblata aſſumere renuant.

In cura præcipue ad paroxyſmorum vehementiam advertendum eſt; & quidem dum reſpiratio difficilis & continuus ſub tuſſiendo ſtertor in pectore percipitur, ſputumque ejicitur tenax, ſignum eſt muco tenaci obrutum eſſe pulmonem. In hoc caſu omnia illa *ſub Nro. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* proſunt medicamenta, quæ mucum incidunt, attenuant, & ejiciunt.

Cum vero hi ægri multum hujus muci deglutiant, aut etiam ſponte in ventriculo & inteſtinis mucus colligatur, qui tuſſim excitat, aut ſaltem exaſperat, oportet omni ſecunda aut tertia die remedium purgans exhibere & quidem adultis ea *ſub Nro. 7. 8. 9. 10.* infantibus vero *ſub Nro. 10. & 11.* exhibere ſufficit.

Nec nocet, ſi ægri hi ex remediis Nro. 4. 5. 6. ad vomitum incitentur, perſæpe enim multo exinde muco ejecto levantur.

Hac medendi methodo procedendum eſt, donec muci copia minuatur, aut penitus de corpore expellatur.

Si poſthac nocturno etiamnum tempore tuſſis vehementia turbet ſomnum, veſperi ſemper paregoricum exhibere oportebit. Paregorica interdiu etiam neceſſaria ſunt, dum mucus jam inciſus & ſua quantitate imminutus eſt, ſique tuſſis ut plurimum a ſpaſticis contractionibus ortum ducit. Ut primum igitur paroxyſmus inſtare advertitur, omni quadrante aut dimidia hora unum aut duo cochlearia de remediis *ſub Nro. 13. 14. 15.* exhiberi poſſunt. Multum exinde levaminis

minis contingit, aut paroxyſmi plane jugulantur.

Ubi vero elapſo paroxyſmi tempore mucoſa in pulmonibus, ventriculo, inteſtinis materies adeſſe intelligitnr, tempore intercalari remediis incidentibus & expectorantibus antea laudátis utendum eſt.

Quod ſi morbus non proprie a muco, quin potius a plethora vera originem trahere advertatur, venæ ſectione opus eſt, quæ pro ratione virium & ſymptomatum repetenda erit, ea tamen cautela, ne ægro hac ratione inducatur debilitas, qua tuſſis exaſperaretur, præterea in hoc caſu remedia *ſub Nro. 1. 2. 3. 16. 17.* conveniunt.

Sæpenumero in ſubjectis non adeo plethoricis venæ ſectio aut ſanguisugarum retro aures applicatio requiritur, ſi tuſſis tantæ ſit vehementiæ, ut ruptura alicujus vaſculi in pulmone aut inflammatio metuenda foret, aut ſi remedia paregorica quietem conciliare non valerent.

Nonnunquam tuſſis ferina ſicca ſemper ſonora obſervatur & dolorifica, nec plethoræ, nec mucoſitati cauſa tribui poteſt. In hoc caſu remedia præcipue emollientia,

mucilaginoſa, oleoſa, humectantia & paregorica *ſub Nro. 5. 18. 19. 20. 21.* adhibenda ſunt, ſi alvus non adſit ſufficiens, per lenia clyſmata ſollicitetur.

In omni paroxyſmo nimis vehementi, diu durante, ſuffocationem minitante ſubitum ſæpe levamen procuratur, dum illa dorſi pars, quæ ad principium vertebrarum lumborum eſt, pugno ſæpius caute pulſatur, ut ſic diaphragma & pulmo in alium motum diſponantur.

Sæpius vero cuncta hic laudata remedia ſine fructu adhibentur, & tuſſis a ſua ferocia non deſiſtit, in quo pertinaci morbo nonnunquam a remediis N. 22. & 23. magnum auxilium & ſubitum levamen habetur.

Præcipue autem prodeſt illud ex extracto cicutæ remedium, dum infantes ſimul rachitide aut diverſis in corporis partibus glandulis induratis laborant.

Quod ſi vero paroxyſmus quotidie certa & determinata hora revertatur, quem antea leves ſemper horripilationes præcedunt, aut ſi finito paroxyſmo ægri urinam craſſam, turbidam cum ſedimento lateritio

min-

mingant, in cortice peruviano *ſub Nro. 24. & 25.* citiſſimum & tutiſſimum auxilium habetur.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 2.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaphor. n̄ abl. aâ dr. j.
oximel. ſimpl.
ſyr. fl. rhæad. aâ. Unc. jß.
aq. fl. ſambuc. Unc. viij.

m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 3.

℞. Nitr. pur. dr. β.
ſtib. diaphor. n̄ abl. dr. jβ.
oximel. ſcillitic. Unc. ij.
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
aq. fænicul. Unc. viij.
m̄.

Uſus ut prioris.

Nro. 4.

℞. Kermeſ. mineral. gr. β. vel j.
ſach. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſ.

Sumat omni bi-aut trihorio vaſculum.

Nro. 5.

℞. Fol. alth.
flor. rhæad. âa M. j.
glycyrrh. Unc. j.
anis. ſtellat.
rad. Ipecacuanch. aâ dr. ij.
— polygal. Uuc. β.
minutim conſciſ. miſt. exbibe.

Nro. 6.

℞. Aq. meliſſ. Unc. vj.
ſyr. de acetoſ. citr. Unc. j.
— emetic. dr. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 7.

℞. Cremor. tartar. gr. xx.
rad. jalapp. ſcr. ij.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 8.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
aq. laxativ. D. V. Unc. IV.
m̄.
Sumat pro doſi.

Nro. 9.

℞. Folior. ſenn. Unc. ß.
mann. elect. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. miſt. infund. ſ. q. aq. fervid. Unc. vj. relinque vaſe clauſo p. ½ hor. colatur.
deturpro hauſtu.

Nro. 10.

℞. Rhei. elect.
ſal polychreſt. aâ ſcr. ij.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 11.

℞. Sal. polychreſt. dr. j.
ſyr. mannat. Unc. iij.
aq. flor. tiliæ Unc. IV.
m̄.
Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 12.

Nro. 12.

℞. Hydromel. infant. Unc. IV.
detur.
Sumat omni horâ cochlear, donec purgetur.

Nro. 13.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. IV.
dein adde:
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
m̄.

Nro. 14.

℞. Syr. diacod. Unc. j.
aq. flor. rhæad. Unc. IV.
laud. liq. gtt. x.
m̄.

Nro. 15.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. x.
ſolve in
ad. flor. tiliæ Unc. IV.
dein adde:
ſyr. fl. rhæad. Unc. j.
m̄.

Nro. 16.

℞. Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. j.
aq. fl. ſambuc. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni bihorio. cochlear. duo.

Nro. 17.

℞. Hord. crud. Unc. iij.
aq. pur. lib. iv.
coq. per ½ hor. colatur. dein
adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 18.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein adde:
flor. alth. M. jβ.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ. p.
½ hor. colatur. lib. ij. exhibe.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 19.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
f. emulſ. & colatur. lib. j.
adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̅.
Uſus, ut prioris.

Nro. 20.

℞. Pulv. ſpecier. diatragacant. frig. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. iv.
m̅.
Sumat omni hora, vel bihorio cochlear. duo.

Nro. 21.

℞. Rad. ſalep. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. jß.
adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̅.
Sumat omni hora aut bihorio vaſculum.

Nro. 22.

℞. Extract. hyoſciam. gr. iij.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. iij.
dein adde:
ſyr. capillor. vener. Unc. j.
m̅.
Sumat ſæpius cochlear.

Nro. 23.

℞. Extract. cicut. gr. v.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. iij.
dein adde:
ſyr. fumar. Unc. ij.
liq. terr. fol. tartar. dr. ß.

m̄.

Sumat omni bi-vel trihorio cochlear.

Nro. 24.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jß.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. hor.
colatur. Unc. vj. adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.

m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 25.

℞. Extract. cort. peruv. Unc. ß.
aq. flor. chamomil. Unc. viij.
ſyr. flor. chamomil. Unc. ij.

m̄.

Sumat omni hora cochlear.

De Inflammatione Diaphragmatis.

Hæc inflammatio ex periculoſiſſimis una ut plurimum necat eos præcipue, qui acribus humoribus ſcatent, aut cæteroquin pravæ idioſyncraſiæ corpus adepti ſunt, alteri autem morbo acuto, qui ægro magnam jam debilitatem aut humorum corruptionem induxerat, ſuccedens mortis brevi ſecuturæ prænuncia eſt.

In ſubjectis cæterum ſanis, plethoricis & bene conſtitutis ſæpius huic morbo medela, ſiquidem mox mature adhibetur, fieri poteſt.

Morbi hujus diagnoſim ſigna ſuppeditant ſequentia: ardentem & validum in ſcrobiculo cordis & infra ſternum dolorem ſentit æger, hypochondria motu valido & cum anxietate introrſum revelluntur, unde fit, ut reſpiratio quaſi ſubſiſtat & æger ſolum parte ſuperiore thoracis admodum celerem, parvam, ſumme laborioſam, quin diaphragma & abdomen moveantur, reſpirationem agat, continuo præterea multumque dolorifico ſingultu torqueatur: in diverſis faciei muſculis ſubitanei ſubſultus & ſpaſmi advertuntur,

tuntur, præcipue muſculi oris convelluntur ita, ut in riſum cieri exiſtimes, ſimul ægri delirant, & tandem in furorem continuantem rapiuntur, quibus cuncta in pleuritide enarrata ſymptomata ſubſequuntur.

Si inflammatio adeo vehemens non ſit, nec partem diaphragmatis nimis irritabilem afficiat, ſymptomata mitiora occurrunt, & pulſus celer, plenus & durus deprehenditur.

Si vero ſenſibilem nimis occupet partem, prius recenſita ſymptomata ſubito increſcunt, æger debilis redditur & anxius, ut omni momento mors timenda ſit: palleſcit facies, extrema frigent, pulſus exploratur tremulus parvus & intermittens. Si tunc morbus non ſtatim noſcatur, paulo poſt mors ex gangræna adeſt.

In hoc caſu mox a principio larga manu ſanguis ex vena mitti debet, quamvis debilis valde & defatigatus æger videretur, ſiquidem in venæ ſectionibus unica ſalus conſiſtit; tamdiu vero effluat ſanguis, donec pulſus liberior & fortior tangatur: hoc ſi accidat, ſymptomata mitiora evadant, ſpes ſana-

ſanationis adeſt, ſi præſertim huic levamini conſtantia non deſit.

Reliqua cura ut in pleuritide & phrenitide inſtituenda eſt.

De Hepatitide.

In hepatis inflammatione ægri plerumque anxii multum ſine dolore profunde inſpirare nequeunt, hypochondria dolorifice tenduntur, & hæc tenſio ſæpe per thoracem in collum uſque propagatur, in latere ſiniſtro ſine magna moleſtia decumbere non poſſunt, atque ſi corpus verſus hoc latus inclinent, pondus & pungentem dolorem in hypochondrio dextro ſentiunt, continuo ad tuſſim, vomitum aut ſingultum experiuntur conamen, pulſus habetur febrilis, plenus & tenſus, tuſſis eſt valida, urina crocei, alvus albi coloris conſpicitur. Hi omnes ægri nauſeant cibos, & ſubinde totum abdomen intumeſcit & tenditur.

Morbus hic eadem methodo uti pleuritis tractatur, ſæpe etiam judicatur per ſputa, ſæpius vero per diarrhœam lenem bilioſam,

ſam; quare præcipuus ſtatim in principio ſit labor, ut alvus per clyſmata emollientia aperta teneatur, & oborta ſemel levante tali diarrhæa eam per remedia leniter acidula *ſub Nro. 1. 2. 3.* ſuavi methodo promovere oportet.

Externe mox in principio morbi cataplaſmata emollientia regioni hepatis applicanda veniunt, præſertim vero cita reſolutio procuratur, ſi regio hypochondrii dextri ſæpius de die unguento emolliente & reſolvente *ſub Nro. 4.* leni manu inungatur, & mox deſuper cataplaſmata apponantur.

Si inflammatio profundam & magnam hepatis plagam occupet, plerumque bilis toto diffunditur corpore, & icterus exſurgit. Nihilominus etiam in hoc caſu prius recenſita remedia adhibentur, icterus enim curandi methodum non mutat, niſi æger acres & malæ notæ humores haberet, vires ſubito collaberentur, ſanguis in putredinem abiret &c. tunc enim remedia roborantia & putredini reſiſtentia non ſecus ac in ſynocho putri locum habent, verum hi caſus fere ſemper lethales ſunt.

Nonnunquam in hæpatitide magnum obvenit levamen, dum vaſa hæmorrhoidalia intumeſcunt, quare ſi cæteroquin his ægri laborent, & in ano teneſmum nixumve percipiant, cataplaſmatibus emollientibus facilitari & tandem fluentia reddi debent. Si vero applicatis his nullus ſequitur effectus nec æger levamen ſentiret, vaſis hæmorrhoidalibus ſanguiſugæ applicandæ ſunt.

Pari ratione perſæpe hic morbus levatur per hæmorrhagiam narium, præcipue vero naris dextræ.

Nonnunquam hepatitis terminatur copioſo, male olente ſudore aut ſcabioſo per totum corpus exanthemate, atque tunc febris una cum reliquis ſymptomatibus penitus ceſſat. Hæc efflorefcentia ſcabioſa per plures ſæpe hebdomadas perſtat, per decocta autem ſanguinem depurantia Nro. 5. 6. 7. 8. aut per decocta eccoprotica *ſub Nro. 9. 10. 11.* feliciter curatur.

Hepatitis quoque admodum facile, præſertim in principio neglecta aut nimis vehemens in ſuppurationem abit, quæ magnam vomicam generat, & non raro reliquas hepatis partes rodendo febrim hecticam indu-

cit.

cit. Sæpe a tali vomica medelam non agnoſcens icterus originem trahit.

Nonnunquam tamen felix hujus vomicæ exitus ſequitur, quando pus per ductus biliferos viam ſibi in inteſtina parat, ſicque leni diarrhæa exorta purulenta evacuatur, cuncta tandem minuuntur ſymptomata & febris fugatur. Non minus a ſputo copioſo purulento diarrheæ loco obveniente levamen obſervatur.

Aſt haud raro vomica rupta pus in cavum abdominis effunditur, cumque puri exitus conciliari nequeat, acre redditur, inteſtina corrodit, & tympanitidem frequentiſſime incurabilem generat.

Subinde nihilominus vomica in peripheria hepatis externa ſedem fixit, cum peritoneo & integumentis communibus concreſcens in tumorem elevatur externum. Ut primum hoc apparet, & de pure contento certitudo habetur, ſtatim aperiendus diuque apertus ſervandus eſt, donec internam vomicæ partem conſolidatam neque quidquam puris amplius ſupereſſe ſymptomata doceant.

Sæpe plures parvulæ vomicæ in hepate remanent, febriſque ceſſat, nec quidquam in ſanitate ſiniſtri advertitur; hæ plurium annorum ſpatio innocue latitant, primoque poſt mortem aperto cadavere in conſpectum veniunt.

Prudentis & circumſpecti viri eſt finita hepatitide hypochondrium dextrum ex aſſe inveſtigare, an aliqua durities adſit, nec ne. Si talis durities aut ſaltem tenſio deprehendatur, remedia ſolventia *ſub Nro. 7. 10. 12. 13. 14. 15.* uſui veniunt.

Pariter unguento Nro. 4. laudato hypochondrium quotidie bis fricandum eſt, donec naturalis redeat mollities. Neglecta hæc cautela ſæpe pertinacem hepatis indurationem aut icterum chronicum producit.

In ſubjectis atrabiliariis aut lue venerea ſcorbutove affectis, in quibus ſanguis acer & diſſolutus habetur, morbus hic ut plurimum in gangrænam abit, totum putreſcit hepar, ægri ſubito viribus privantur, & diarrhæa maligna gangrænoſa exorta repentinam ſæpe mortem adfert.

FORMU-

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jβ.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 2.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.

Sumat ter vel quater de die cochlear unum.

Nro. 3.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. jβ.
mann. elect. Unc. jβ.
Syr. berber. Unc. j.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 4.

℞. Camphor. dr. j.
ſolve in
ol. hyoſciam. q. ſ.
dein adde:
Ung. de alth. Unc. j.
m̄. d. uſui.

Nro. 5.

℞. Seri lactis vel
Lactis ebutyrat. q. v.
Sumatur p. patu.

Nro. 6.

℞. Rad. bardan. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor. dein adde:
rad. fœnicul. Unc. j.
relinque adhuc in ferv. infuſ. p. ¼ hor.
colatur. lib. ijβ. adde:
Syr. fumar. Unc. ijβ.
liq. terr. fol. tartar. dr. iij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 7.

℞. Rad. v. aperient. aâ dr. iij.
conſciſ. infund. ſ. q. aq. fervid. p. ½ hor. colatur. lib. ij. adde
liquor. terr. fol. tartar. dr. iij.
Syr. fœnicul. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bi-vel trihorio vaſculum calide.

Nro. 8.

℞. Rad. bardan. Unc. vj.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. exhibe.

Nro. 9.

℞. Pulv. rad. jalap. dr. ij.
cremor. tartar. dr. iij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio parvum cochlear, donec purgetur.

Nro. 10.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
pulv. rad. jalapp. dr. jß.
conſerv. fumar.
— naſturt. aquat. aâ Unc. jß.
Syr. rad. V. aperient. q. ſ.
m̄. f. conſerva.

Sumat ut prius.

Nro 11.

℞. Scammon. dr. j.
flor. ſulphur.
magnes. nitr. aã Unc. ß.
m̃. fiat pulv.
Sumat ter de die parvum cochlear una cum vaſculo infuſi ex bardana.

Nro. 12.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
ſyr. rad. v. aperient. Unc. ij.
aq. menth. Unc. viij.
m̃.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 13.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac. aâ dr. ij.
maſſ. pilul. Ruff. ſcr. ij.
myrrh. elect. gr. xxx.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̃. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 14.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammon.
extract. cicut. aâ dr. j.
maſſ. pilul. Ruff. dr. β.
elixir. pptis. q. ſ.
ut f. pilul. gr. iij.
Uſus, ut ſupra.

Nro. 15.

℞. Sapon. venet.
extract. cicut. aâ dr. ij.
pulv. rhei. dr. j.
ſyr. fumar. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Uſus, ut ſupra.

DE

MORBIS VENTRICULI.

De ejus Inflammatione.

Inflammatio ventriculi noſcitur, dum æger de continuo ardente, vehementer pungente dolore ventriculi conqueritur, dum cuncta, quæ deglutit, intollerabili dolore & ſingultu iterum per vomitum rejicit, multum ſimul angitur, validam experitur ſitim, pulſum durum, celerem, ſæpe vero prorſus ſuppreſſum & contractum habet.

Tantus nonnunquam dolor eſt & anxia ad ſcrobiculum cordis contractio, continuatque tamdiu, ut æger totus expalleſcat, toto corpore ſudet, extrema frigeant; pulſus eo tempore parvus & celer deprehenditur, ut tremere potius, quam pulſare videatur.

Cura non alia eſt, ac in morbis inflammatoriis, cum autem æger omnia aſſumpta aut pro maxima ſaltem parte vomitu rejiciat, nulla aut pauca ore ingeri poſſunt remedia, quod non parum morbi periculum auget.

Venæ ſectio illico & larga celebranda eſt, imo ubi inflammationis ſymptomata exorbitant, ſanguis uſque ad leve animi deliquium detrahendus eſt, plerumque tunc vomitus accedit, & aliquando brevi poſt aliquod levamen ſentitur. Quæ ut plurimum ventriculus faciſlime fert, & retinet, ſunt tenuia carnium jura, tenuis cremor hordei additis paucis nitri granis, ſi non nimis frequenter & cochleatim tantum ingerantur. Præterea bona nonnunquam fortuna contingit, ut unum alterumve cochlear de remediis *ſub Nro. 1. 2.* aut nonnihil de remedio Nro. 3. retineatur. Cataplaſmata externa ægris ſæpe anxietates & dolores cauſant, unde levia ſint oportet, ſæpiusque renoventur.

Per frequentiora clyſmata in hoc caſu optime fertur auxilium, in principio lenia purgantia *ſub Nro. 4. 5.* adhibeantur clyſmata, corpore vero probe repurgato clyſma emolliens omni ſecunda aut tertia hora injicitur, quod ſi longo tempore retineatur in corpore, multum boni præſtat: vel maxime clyſmata ex oleo lini laudantur.

Ubi

Ubi per ſufficientes venæſectiones febris & caloris moderamen inductum, nec non per clyſmatum frequentiam dolorum & anxietatum vehementia imminuta eſt, vomitus tamen continuet, non ſolum licet, ſed imo requiritur lenia paregorica *ſub. Nro. 6. 7. 8. 9. 10. 11.* cochleatim exhibere; hæc ſpaſticum perſæpe vomitum ſiſtunt, ſymptomata mitigant, tandemque efficiunt, ut æger alia etiam remedia neceſſaria ſine vomitu retineat, nihilominus caute in initio pauca ſed ſæpius repetita doſi danda ſunt.

Si æger jam remedia ferat, & cataplaſmata ad ventriculum absque anxietatis ſenſu admittat, pulſus ſimul liberior evadat, & fortior, bona ſperare licet, & ea curandi methodo procedendum eſt, quæ in omni alio morbo uſuvenire ſolet; hac tamen cum cautela, ne his unquam ventriculus nimis repleatur, oneretur.

Nonnunquam hæc inflammatio in ſuppurationem abit, longe tamem frequentius, ſi vehemens ſit, in lethalem gangrænam terminatur, quo in caſu ſubito omnis dolor evaneſcit, æger in ſtatu multo meliori ſibi conſtitutus videtur, facies attamen palleſcit,

oculi

oculi ſunt collapſi, pulſus vaccilat, intermittit & debilis eſt, extrema frigent, & brevi poſt mors adeſt.

Reliqui ventriculi morbi perquam ſollicite ab inflammatione ejus, cui nonnunquam ſimiles ſunt, diſtinqui debent, ſiquidem etiam longe aliam medendi methodum poſtulent.

F O R M U L Æ.

Nro. 1.

℞. Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 2.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambub. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 3.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. jβ.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinq. adhuc in ferv. infuſ. p. ½ hor.
colatur lib. ij. exhibe.

Nro. 4.

℞. Aq. fontan. Unc. viij.
ol. lin.
mel. pur. aâ Unc. ij.
nitr. pur. dr. j.
m̄.
Fiat enema tepide injiciendum.

Nro. 5.

℞. Sal. amar. dr. vj.
mannæ Unc. ij.
aq. pur. Unc. x.
m̄. pro enemate.

Nro. 6.

℞. Pulv. ſpecier. diatrag. frig. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jβ.
aq. fl. rhæad. Unc. iv.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 7.

Nro. 7.

℞. Ol. amygdal. rec. preſſ. Unc. ß.
vitell. ovor. N. j.
in mort. marmor. bene
ſubactis adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̄. p. linctu.

Nro. 8.

℞. Laud. pur. gr. j.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. iv.
dein adde:
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio cochlear. duo.

Nro. 9.

℞. Nitr. pur. ſcr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. til. Unc. vij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 10.

℞. Syr. diacod. Unc. j.
aq. flor. rhæad. Unc. IV.
laud. liquid. gtt. x.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 11.

Nro. 11.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. x.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. IV.
dein adde:
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
m̄.

Uſus, ut prioris.

De Cardialgia.

Morbus hic eſt vehemens dolorifica ventriculi ſpasmodica contractio, ſummas anxietates cauſans; inde affectis continuo copioſa ſalſa ſæpe aut acidula aqua in os aſcendit, quæ non raro vomitum excitat. Longo nonnunquam temporis ſpatio perſtat, & ſæpe difficulter curam admittit.

In viris hypochondriacis, feminis hyſtericis debili nervorum ſyſtemate & ſpaſmis laborantibus morbus frequens a ſola contractione ſpaſtica ventriculi & partium adjacentium originem ducit. Hanc vero ſolam cauſam morbi eſſe cognoſcitur, dum hi ægri alioquin ſæpius ſpaſmis & paſſione hyſterica affliguntur, & hoc malum poſt quem-

quemlibet animi effectum ſequitur, vel augetur, dumque ſigna nulla ventriculum bile aut acido aut alia acrimonia aliave re indigeſtibili repletum eſſe oſtendunt &c.

In hoc caſu remedia antiſpasmodica & antihyſterica *ſub Nro. 1. 2. 3. 4.* in cochleari aquæ fontanæ quam citiſſimum adferunt auxilium. In recidivæ cautelam vero remedia leniter roborantia *ſub Nro. 5. & 6.* longo tempore aſſumenda ſunt, ut inde partes debiles robur adipiſcantur debitum & hac ratione cauſa morbi tollatur.

Si vero ægri non ſolum de anxia & dolorifica ventriculi contractione, ſed etiam de deleto aut præternaturali appetitu, de amaris, putridis, acidis aut rancidis eructationibus conquerantur, ſignum eſt hunc morbum ex aliqua in ventriculo ſtagnante acri ſaburra aut cibis non digeſtis ortum fuiſſe. Nonnulli ſimul de continua roſione & ardore ventriculi lamentantur, & hic morbus recepto vocabulo Soda appellari conſuevit.

Si os amarum, eructationes quoque amaræ ovum putridum aut rancidum oleum

 redo-

redoleant, remedia acidula aut leniter purgantia *ſub Nro 7. 8. 9. 10.* danda ſunt.

Si vero cunctos cibos æger nauſeet, continuoque conatum ad vomitum experiatur, mox initio emeticum *ſub Nro. 11. 12.* præſcriptum propinandum eſt, quo dato totum ſæpe malum levatur; ſi tamen hoc integrum non abigeretur malum, reliquiæ per prius recenſita remedia de corpore expellenda ſunt.

Dum hi ægri putridam aut rancidam materiem ventriculo continent, cibos potusque acidulos appetunt, qui etiam merito concedi poſſunt.

Si vero acidum inſtar aceti eructent, remedia antacida & leniter purgantia *ſub Nro. 13. 14. 15. 16.* plurimum proſunt.

Præternaturalem ſæpe hi appetitum habent, abſorpto vero acido omnis hæc appetentia nimia ceſſat.

Aliquando hoc morbo affecti frigus & pondus in ventriculo ſentiunt, nullo gaudent appetitu, & aſſumptum cibum brevi poſt oppreſſio, anxietas, ructus fatui ſequuntur, urina cruda & pallida eſt, cui aut mucoſa innatant filamenta, aut mucoſum tale ſedimentum

mentum ad fundum ſecedit, ſæpius vomunt ſed lympham ſolum tenuem, & mucum tenacem. Hæc ſigna manifeſta ſunt morbi hujus cauſam eſſe ventriculi mucoſitatem.

Si æger continuos experiatur vomendi conatus, emeticum datum opem fert citiſſimam. Cæterum totum malum per remedia mucum incidentia & leniter purgantia Nro. 7. 17. 18. 19. dictatum per attenuantia leniterque roborantia potulenta *ſub Nro. 20. 21.* optime curatur.

Sæpe hic morbus ab aſſumpta copia vini, cereviſiæ aut aliorum potuum fermentatorum ſpirituoſorum naſcitur, præcipue dum homines non adſueti his inebriantur. In hoc caſu ſtatim potus tepidus tenuis e. g. levis potus theatus aut aqua tepida aſſumi debet, hanc ſæpius vomitus excipit, quo peracto ebrium ſomnus invadit, unde poſtea bene ſe habet. Si tamen his factis altera die adhuc debilitas, cephalalgia, vertigo remaneant, ciborumque nauſea & vomendi conamen, emeticum adhuc aut purgans porrigendum & nihil præter tenuia carnium jura concedendum eſt. Si ad veſperas adhuc de pondere & frigore ventri-

 culi

culi æger conqueratur, remedium *ſub Nro.* 22. propinetur, ex quo totam noctem habebit quietam, & bona ſequenti die fruetur valetudine.

Liquida fermentantia in actu fermentationis ſuppreſſa aut non bene fermentata, cuncta flatulentia, non ſufficienter aut prorſus non fermentata farinacea, aliaque dura tenacia alimenta magnam perſæpe flatulentiam in ventriculo producunt, unde frequenter admodum vehemens & angens cardialgia exoritur.

Si morbus hic ex liquoribus fermentantibus originem duxit, attenuantia leniaque carminativa *ſub Nro.* 6. 21. 23. 29. ſola ſufficiunt. Si vero ciborum flatulentia, tenacitas, indigeſtibilitas in cauſa foret, ea *ſub Nro.* 7. 24. 25. exhibenda ſunt, quæ horum tenacitatem incidunt, & per alvum expediunt. Quotiescunque autem cardialgia a flatibus producitur, vel maxime clyſmata indicantur.

Plerumque hic morbus, ſi præſertim longo jam vexet tempore, & ex levi modo cauſa recrudeſcat, laxitatem debilitatemque ſibi junctam habet; & tunc etſi ſpaſmus remittat

mittat, raro tamen hi ægri bono ſtatim gaudent appetitu, ſed a pauca etiam aſſumptorum quantitate anxietatem & pondus in ventriculo percipiunt, quod perſtat, quamdiu in ventriculo hæret, & non niſi eo iterum depleto melius ſe habent.

Unde neceſſum eſt, ut ægri, poſteaquam cardialgia curati videntur, longo adhuc tempore remediis utantur amaris, uti ſunt Elixir. ſtomachic. temperat. vel remedia Nro. 20. & 26. dicta, ut hac ratione ventriculus priores vires recuperet, & facilis hujus mali recrudeſcentia impediatur. Sub ſtomachicorum uſu ſedule invigilandum eſt, ut alvus ſufficienter aperta habeatur.

Non raro morbus hic ſcirrhos ſeu indurationes ventriculi aut viſcerum maxime ſibi adjacentium pro cauſa agnoſcit. Indurationes hæ ut plurimum tactu deteguntur. Hæc cardialgiæ ſpecies ſæpenumero chronica eſt & pertinax & toties omnis curæ expers obſervatur. Inſerviunt attamen cuncta remedia reſolventia, Nro. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. dicta una cum applicatis externe cataplasmatibus, lenibusque frictionibus adhibitis. His remediis ſine intermiſſio-

ne continuandum eſt ; lenis ſed non defatigans corporis motus præcipue ſi poſſibile ſit, equitando inſtitutus ad has indurationes reſolvendas multum contribuit.

Aſt hæ indurationes ſæpe tam parvæ ſunt, tam profunde hærent, ut tactu explorari non poſſint, hinc in omni pertinaci cardialgia nulla alia cauſa patente remedia reſolventia tentanda ſunt, quæ admodum frequenter celerem & notabilem opem ferunt, & non raro integram ſanitatem reducunt.

Si ergo poſt longum horum uſum malum minui, indurationes molliores & minores fieri advertantur, ſpes futuræ ſanationis affulget. Si vero cuncta in ſtatu ſuo immutata permaneant, aut contra omnem opinionem etiam remediis efficaciſſimis licet adhibitis indurationes increſcant, malum curabile non eſt, & ſæpe inde hydrops lethalis ſuam deſumit originem.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Tinct. caſtor. dr. ij.
d.
ſ. aliquot guttul. in
aqua fontan.

Nro. 2.

℞. Aq. ſtill. rut. Unc. IV.
ſyr. menth. Unc. j.
tinctur. caſtor. gtt. xx.
laud. liquid. ſydenh. gtt. xv.
m̄.
Sumat omni ¼ hor. unum.

Nro. 3.

℞. Syr. diacod. Unc. j.
aq. flor. rhæad. Unc. IV.
laud. liquid. gtt. x.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 4.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. x.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. IV.
dein adde:
ſyr. fl. rhæad. Unc. j.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 5.

℞. Gumm. ammoniac.
— galban. aâ dr. jß.
camphor.
caſtor. aâ gr. xv.
maſſ. pilul. Ruff. dr. ß.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.

Sumat ter de die tres, & qualibet vice bibat vaſculum infuſi ex herba rutæ
meliſſ.
Serpill.

Nro. 6.

℞. Aq. menth. Unc. vij.
ſyr. menth. Unc. jß.
ſpir. menth. dr. ij.
m̄.

Sumat omni bi-vel trihorio duo cochlear:

Nro. 7.

℞. Cremor. tartar.
arcan. duplicat. aâ gr. xxx.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 8.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.

Sumat ter vel quater de die cochlear unum.

Nro. 9.

Nro. 9.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. jβ.
mann. elect. Unc. jβ.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 10.

℞. Cremor. tartar. dr. j.
f. pulv.

Detur talis omni hora, donec ſufficienter purgetur.

Nro. 11.

℞. Rad. Ippecacuanch. gr. xxx.
ſal. polychreſt. gr. x.
m̄. ſ. pulv. p. doſi.

Nro. 12.

℞. Tartar. emetic. gr. iij.
ſach. alb. gr. x.
f. pulv. tenuiſſ. p. doſi.

Nro. 13.

℞. Rhei. elect. ſcr. ij.
lapid. cancror. ſcr. j.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nri. 40.

Nro. 14.

℞. Sal. polychreſt.
magnes. nitr. aâ Unc. ß.
m̄. f. pulv.
Sumat mane ac veſperi parvum cochlear.

Nro. 15.

℞. Sal. polychreſt.
magnes. nitr.
lapid. cancror. aâ dr. ij.
ſyr. menth. Unc. ij.
aq. menth. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 16.

℞. Lapid. cancror. Unc. ß.
f. pulv.
Sumat bis de die parvum cochlear.

Nro. 17.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
aq. laxativ. D. V. Unc. iij.
m̄.
Sumat pro unico hauſtu.

Nro. 18.

℞. Rhei. eleċt.
ſal polychreſt. aâ ſcr. ij.
m̄.
f. pulv. p. doſi.

Nro. 19.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
pulv. rad. jalapp. dr. jß.
conſerv. fumar.
— naſtur. aquat. aâ Unc. jß.
ſyr. rad. v. aperient. q. ſ.
m̄. f. conſerva.
Sumat omni trihorio parvum cochlear.

Nro. 20.

℞. Sumitat. centaur. min.
fol. card. benedict.
flor. chamomil. aâ M. j.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 21.

℞. Hb. meliſſ.
— Serpill.
flor. chamomil. aâ M. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 22.

℞. Theriac. Andromach. dr. j.
d. pro doſi.

Nro. 23.

℞. Elixir. ſtomachic. temperat.
Unc. j.
Sumat ter de die parvum cochlear cum aqua.

Nro. 24.

Nro. 24.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
ſyr. rad. v. aperient. Unc. ij.
aq. menth. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 25.

℞. Sal. polychreſt. dr. j.
f. pulv. p. doſi.
Sumat omni trihorio talem.

Nro. 26.

℞. Extract. cort. peruvian. Unc. ß.
aq. flor. chamomil. Unc. viij.
ſyr. fl. chamomil. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. unum.

Nro. 27.

℞. Rad. gramin. Unc. iij.
— cichor. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
ſal. polychreſt. dr. iij.
ſyr. rad. v. aperient. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bi-vel trihorio vaſculum.

Nro. 28.

℞. Rad. bardan. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¾ hor.
dein adde:
rad. fœnicul. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ. p.
¾ hor. colatur. lib. ijβ.
adde:
ſyr. fumar. Unc. ijβ.
liquor. terr. fol. tartar. dr. iij.
m̄.

Sumat ut prius.

Nro. 29.

℞. Rad. v. aperient. aâ dr. iij.
conſciſ. infunde ſ. q. aq. fervid.
p. ½ hor. colatur. lib. ij.
adde:
liquor. terr. fol. tartar. dr. iij.
ſyr. fœnicul. Unc. ij.
m̄.

Sumat ut prius.

Nro. 30.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac. aâ. dr. ij.
maſſ. pilul. Ruff. ſcr. ij.
myrrh. elect. gr. xxx.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 31.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac.
extract. cicut. aâ dr. j.
maſſ. pilul. Ruff. dr. β.
elixir. pptis. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Uſus, ut ſupra.

Nro. 32.

℞. Sapon. venet.
extract. cicut. aâ Unc. β.
pulv. rhæi. elect. dr. ij.
ſyr. fumar. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Uſus, ut ſupra.

De Nauſea & Vomitu.

Cunctæ in morbo priori recenſitæ cauſæ in gradu leviori præſentes appetitum vitiare nauſeamque adverſus cibos aut plane vomitum cauſare poſſunt.

Symptomata ex prius dictis ſignis cognoſcuntur, quæ & eandem medendi methodum poſtulant.

Verum ſæpenumero nauſea & vomitus a ventriculi, inteſtinorum partiumque adjacentium inflammatione ortum ducit, cognoſcitur hoc ex ſignis in ventriculi inflammatione enarratis, ibique hujus mali cura videnda eſt, omnis enim alia medela in hoc caſu adhibita peſſimum præſtaret effectum.

Sæpe vehemens, debilitatem inducens materiæ æruginoſæ vomitus poſt vulnera capiti inflicta, contuſiones, ipſa phrenitide præſente adeſt, cuncta tunc remedia vomitum ſiſtentia effectu carent, niſi cauſa antea in encephalo exiſtens tolli poſſit.

Non raro herniæ vomitum producunt vehementem, ſi igitur cauſa vomitus ſufficiens in ventriculo adeſſe non pateat, partes,

tes, in quibus herniæ obvenire ſolent, ſedule examinandæ ſunt, & ſi hernia vomitus cauſa eſſe intelligatur, ejus adhibenda medela eſt.

De Vomitu cruento.

Vomitus cruentus ab hæmoptoe probe diſtinqui debet, in hæmoptoe enim ſanguis ex pulmone venit concomitante ſemper tuſſi, & ſpumans læteque rubens eſt. Contra in vomitu cruento tuſſio non obſervatur, ſed oppreſſio, nauſea, pondus in ventriculo advertitur.

Antequam ſanguis vomitu ejiciatur, ægri per aliquod tempus anxiam ad ſcrobiculum cordis contractionem, pondus & tenſionem ad coſtas ſpurias vel maxime in latere ſiniſtro lienem verſus aut etiam in dextro ad hepar experiuntur, tandem male ſe habentes ſanguinem nigrum, grumoſum evomunt. Poſtmodum ob anxietatem tenſionemque remittentem brevi levamen percipiunt, & ſi vomitus non fuerit nimius, nec vires valde fractas, nec magnam debilitatem inductam conqueruntur.

Ple-

Plerumque vomitus cruentus exoritur, dum in ventriculo, liene aut hepate vaſa ſanguine nimium turgent; lien enim per vaſa brevia, hepar vero per ductum coledochum in duodenum, exinde in ventriculum ſe exonerat; in poſteriori caſu tamen major ſanguinis copia per alvum expellitur. Talis ſanguinis accumulatio nonnunquam contingit a plethora aut ſanguinis ſpiſſitudine, ſæpius tamen ab hæmorrhoidum aut menſtruorum fluxu ſuppreſſo.

Si pulſus plenus & ſubdurus ſit, illico vena ſecanda & pro neceſſitate repetenda eſt, æger ſumme quietus ſit oportet, ſæpius clyſmata emollientia injiciantur, utque per remedia lentier purgantia acidula, reſolventia *ſub Nro. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* deſcripta grumoſus ſanguis reſolvatur; ſuavi modo de corpore per alvum expediatur, cura adhibenda eſt.

Ante omnia inquirere convenit, an non hæmorrhoides interne aut externe tumeant, ſi hoc: illico per vaporem aquæ calidæ fluxus promovendus, aut ſanguisugarum applicatione, cultroque apertura facienda eſt: ſubito ſæpe hæ evacuationes levant, & non-

nunquam tam pro præſenti quam pro ſuturo malum hoc præcavetur.

Paregorica, præſertim adſtringentia nunquam in his caſibus locum habent, niſi ſanguis admodum copioſus & longo jam tempore proflueret, & exinde ægrum magna prehenderet debilitas, tunc remedia *ſub Nro. 7. 8. 9.* tentari poſſunt; externa quoque fomenta ex aceto frigido aut aqua glaciali cum fructu adhibentur. Non minus cucurbitæ ſiccæ ad regionem epigaſtricam aut hypochondriacam utramque applicari poſſunt.

Si tamen remedia ſopientia adhibere opus non ſit, deſcriptis antea remediis utendum eſt, donec ventriculus & inteſtina ab effuſo grumoſo ſanguine prorſus liberentur.

Si cunctis his præſtitis æger adhuc de conatu vomendi conqueratur, aut ſi ob animi deliquium dormire non poſſit, ad veſperas bene opiatum *ſub Nro. 7. 10. 11.* exhibendum eſt.

Sæpe ob vehementem continuumque ſanguinis vomitum ægri viribus ſuis plane exhauſti pallent, inflati apparent, atque a minimo corporis motu palpitationem cor-

dsi

dis patiuntur. In hisce caſibus præter cibos leniter nutrientes omni tertia hora vaſculum de remedio ex cortice peruviano Nro. 12. deſcripto, cui pauculum lactis admiſcetur, porrigitur. Quod ſi hoc remedium non ſufficeret, illa ex marte & cortice Nro. 13. & 14. in uſum trahenda ſunt.

Peſſima vomitus cruenti ſpecies ea eſt, quæ ab acrimonia humorum ventriculi aut aliorum viſcerum exulceratione ortum ducit, ut in ſcorbuto chronico, variolis malignis aliisque ſimilibus febribus putridis contingere ſolet, in quibus hic vomitus fere ſemper mortem adfert.

Sæpe etiam vomitus a vi externa ut lapſu, percuſſione, contuſione &c. malas omnino ſequelas habet. Etenim ſi cauſa talis valida ſit, aut nimis debili viſceri applicetur, non ſolum per vomitum, ſed & magna ſanguinis quantitas per alvum expellitur, aut ſimul in cavum abdominale ſe effundit. Abdomen tunc ſubito intumeſcit, facies collabitur & pallet, reſpiratio evadit anxia, pulſus fit parvus & tremulus, extrema frigent, ſequuntur tandem ſpaſticæ contractiones aut convulſiones, quibus brevi mors

finem imponit. In hoc caſu actum eſt de ægri vita, magna enim vaſa interna rupta ſunt, ut ideo hæmorrhagiam eorum ſiſtere poſſibile non ſit.

Si vero cauſa morbi tam vehemens non ſit, hi ægri ſæpius bona cum fortuna ſuam conſequuntur ſanitatem. Sed hi mox ſummam quietem obſervent, oportet, venæ ſectio frequens & ſimul copioſa celebretur, clyſmata injiciantur emollientia & magna quantitate remedia reſolventia Nro. 3. 5. 15. 16. adminiſtrentur, donec æger omnis moleſtiæ expers ſanum ſe exiſtimet.

Poſtmodum tamen valde bono conſilio reconvaleſcentes per unam alteramve hebdomadam quotidie balneo roborante, cui libra ſemis herbæ arnicæ incocta eſt, utantur.

FORMU-

Formulæ.

Nro. 1.

℞. Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. j.
aq. fl. ſambuc. Unc. vj.
m̄.

Sumat omni bihorio. cochlear. duo.

Nro. 2.

℞. Hord. crud. Unc. iij.
aq. pur. lib. iv.
coq. per ½ hor. colatur. dein
adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 3.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Uoc. viij.
m̄.

Sumat omni hora cochlear. duo.

Nro. 4.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. $\frac{1}{2}$ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 5.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ. Unc. ij.
m̄.

Sumat ter vel quater de die cochlear unum.

Nro. 6.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. $\frac{1}{4}$ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 7.

℞. Aq. flor. rhæad. Unc. viij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
ſp. vitriol. gtt. xv.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 8.

℞. Bol. armen. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. vij.
m̄.
Uſus., ut prioris.

Nro. 9.

℞. Bol. armen. dr. ij.
pulv. terr. catechu. dr. ß.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. vij.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 10.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
f. emulſ. & colatur. lib. j.
adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vaſculum.

Nro. 11.

℞. Nitr. pur. ſcr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. tiliæ Unc. vij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 12.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jß.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. hor.
colatur. Unc. vj. adde:
Sachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum tepide.

Nro. 13.

℞. Limat. mart. n̄. rubig. Unc. ß.
Cort. peruv ſelectiſſ. dr. vj.
— cinamom.
— winteran. aâ dr. iij.
rad. zedoariæ dr. jß.
m̄. f. pulv. cui affunde:
vin. bon. auſtriac. vel
alterius ſubacid. generoſ. lib. jß.
relinque per 24. hor. in digeſt. agitando ſubinde, dein colatur. exhibe:
Sumat omni trihorio cochlear. duo, ſenſim augendo doſim, ſi opus fuerit.

Nro. 14.

Nro. 14.

℞. Limatur. mart. non rubiginoſ.
pulv. cort. peruvian. ſelectiſſ. aâ Unc. ß.
— myrrh. elect. dr. j.
conſerv. menth. Unc. ij.
ſyr. menth. q. ſ.
m̄. f. electuar.

Sumat omni trihorio ad magnitudinem nucis moſchatæ.

Nro. 15.

℞. Nitr. pur. dr. jß.
roob. ſambuc. Unc. iv.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. deſtill. ſimpl. Unc. xv.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 16.

℞. Nitr. pur. dr. jß.
roob. ſambuc. Unc. iij.
m̄.

Sumat ſæpius cochleare.

De

De dolore Inteſtinorum ſeu Colica.

Inteſtinorum dolor frequenter admodum ab inflammatione inteſtinorum originem habet, ubi plerumque abdomen tenſum eſt, ægerque dolores ardentes vix perferendos ſentit, quoties etiam ſuaviſſima etſi manu tangitur; ipſa inſpiratio dolorem auget, frequentior adeſt conatus vomendi, alvus adeſt clauſa, lingua ſicca aut cruſta alba obducta habetur, tuſſis adeſt magna, calor vehemens, pulſus celer, durus & plenus, urina pauca & rubra, quæ validum nonnunquam ardentem & lancinantem dolorem in urethra excitat.

Ex doloris loco & cognito inteſtinorum ſitu aliquale judicium ferri poteſt, quodnam inteſtinum inflammatum ſit. Dolor inflammatorius continuo in uno eodem loco perſiſtit, quamquam ægri ſæpius jam in hac jam in iſta parte dolorem vagum ſimul conquerantur.

Cura non differt ab illa, quæ in inflammatione ventriculi dicta eſt, inteſtinorum tamen inflammatio tanto periculo ſtipata non eſt, ſi non adeo vehemens ſimul adſit vomi-

tus,

tus, qui remediorum neceſſariorum aſſumptionem impedeiret. Mox in principio copioſus ſanguis vena educi debet, idque toties repeti, quoties pulſus & dolor expoſtulant, nec ægri vires contradicant.

In hoc morbo præſertim ſtatim ab initio copioſa decocta emollientia Nro. 1. 2. 3. præter remedia leniter refrigerantia *ſub Nro. 4. 5. 6.* danda ſunt, nec non alvus clyſmatibus emollientibus ſollicitanda venit. Si vero alvus non ſatis obſequioſa foret, horum loco uſuveniunt remedia *ſub Nro. 7. 8. 9. 10.* Externe abdomen omni tertia hora unguento emolliente & leniter diſcutiente Nro. 11. molli manu perfricari nec cataplaſmata emollientia negligi debent.

Si tenſionem & duritiem abdominis imminui advertatur, æger & attactum facilius ferat, & non amplius tam anxius hæreat, reliqua non minus ſymptomata mitiora appareant, inflammationem periculumque imminutum eſſe intelligitur; tunc emollientibus leniterque refrigerantibus clyſmatibus continuare ſufficit.

Quod ſi vero factis ſufficienter venæſectionibus, debitis adhibitis tam internis

quam

quam externis remediis excitatisque exinde evacuationibus nulla in melius mutatio contingere videtur, tunc in variis abdominis plagis cucurbitæ ſiccæ applicandæ ſunt aut regioni dolenti emplaſtrum veſicans apponitur. Sic non raro intra breve temporis ſpatium minuitur dolor & inſtans profligatur periculum.

Dum vero alvus pertinaciter clauſa nec per remedia priora nec per clyſmata emollientia morem gerat, clyſmata irritantia *ſub Nro. 12. 13. 14.* & interne remedia purgantia paululum fortiora *ſub Nro. 15. 16. 17.* tentanda ſunt.

Non tamen hæc tentari debent, quin antea ſanguis ſufficienti quantitate vena miſſus ſit, febris ad requiſitum reducatur moderamen, exhibitaque prius enarrata remedia nihil præſtiterint, ſecus & inflammationi & cum hac periculo additur augmentum.

Si continuus in hoc morbo vomitus adſit, ut æger parum aut nihil remediorum aſſumere poſſit; in ſummo vitæ periculo verſatur. Sæpe tamen vomitus poſt ſufficientes venæ ſectiones inſtitutas, poſt injecta clyſmata, applicataque cataplaſmata remittit,

&

& ægri remedia neceſſaria retinere valent. Sæpius vero vomitus pertinaciter perſtans per remedia *ſub Nro. 18. 19. 20. 21.* ſiſti debet. Ut primum vomitus ſilet, & æger aſſumpta medicamenta facilius retinet, his plerumque obtinetur alvus, quæ magnum ægro levamen adfert. Nihilominus ſi ſub remediorum emollientium & purgantium uſu vomitus recrudeſcat, paregorica alternis vicibus porrigenda ſunt, ne malum denuo exaſperetur.

Si autem vomitus nullo modo inhiberi poſſit, ut plurimum continuus & dolens ſequitur ſingultus, abdomen intumeſcit, vires collabuntur, pulſus evadit parvus & debilis, extrema frigent, æger delirat aut comatoſus jacet, quæ ſigna ſemper fere lethalia ſunt.

Ergo colica morbus eſt ſemper periculo plenus vel maxime ab inflammatione inteſtinorum exortus.

Sæpe colica a refrigeratione naſcitur, & quidem frequentiſſime, dum poſt fervidos æſtatis dies frigidæ ſequuntur noctes, aut ſi frigida nimis aſſumantur potulenta aut leves gelido hyemis tempore veſtes geſtentur,

ſtentur, præſertim ubi homines nudipedes longiori tempore pavimento frigido, humido, lapidibus ſtrato inſiſtunt, in eo deambulant &c. dolor tunc non adeſt continuus, ſed jam brevi ceſſat, brevi iterum recrudeſcit, atque ut plurimum longiorem in regione umbilicali moram agit; qui ſæpe tanta vehementia & anxietate adoritur, ut æger in animi deliquium incidat & per univerſum corpus ſudor frigidus erumpat; dolore autem remittente melius ſe habet æger, nec de ſiti, calore, nauſea ullas querelas movet, abdominis etiam attactum ſine ullo dolore aut moleſtia perfert.

Quo in caſu ſeſe in calore retineat æger, oportet, ſæpiusque unum alterumve vaſculum potus theati *ſub Nro. 22. 23. & 24.* aſſumat, continuo ſimul linteamina calida fumo florum macis, ſeminum fœniculi aut carvi imbuta abdomini applicentur, & clyſmata ex infuſ. chamomil. & olei lini portione æquali optimo cum effectu injiciantur. Si tamen his factis dolor colicus in ſua vehementia perſiſteret, remedia leniter calefacientia & paregorica *ſub Nro. 25. 26. 27.* ut plurimum cito & tute proſunt.

Eadem

Eadem methodus auxiliatur illi dolori colico, qui in viris hypochondriacis aut feminis hyſtericis, in quibus ſolum ſpaſtica inteſtinorum contractio aut flatulentia omnem cauſam proximam abſolvit.

Si vero hic morbus a turgente aut corrupta bile, ab acrimonia acida aut putrida, a cibis duris, tenacibus, flatulentis, a liquoribus fermentantibus generetur, eadem remedia, quæ prius in ſimilibus cardialgiæ caſibus laudabantur, hic quoque locum habent. Si depuratis jam primis viis colicus dolor non remittat, denuo paregorica *ſub Nro. 25. 26. & 27.* in auxilium vocanda erunt.

Sat frequenter obvenit, ut homines cæteroquin etiam ſaniſſimi per plures dies alvo careant, unde per moram ſtercora accumulantur, indurantur; angens tandem pondus & obtuſus dolor in abdomine percipitur, teneſmus ſe adjungit continuus, ut omni quidem conatu irrito tamen effectu alvum deponere adlaborent. Quo in caſu ſæpe abdomen adeo contrahitur, ut ibidem in inteſtinis dura globoſa ſtercora tangantur; non-

nonnunquam abdomen ſimul inflatum eſt & tenſum, ſed hæc inflatio inæqualis eſt, ut una plaga præ altera plus minus elevata ſit.

Male hic ageretur, ſi ægro ſtatim irritantia, fortiter alvum ducentia porrigerentur, potius per clyſmata emollientia, oleoſa, per potulenta emollientia, reſolventia *ſub Nro. 9. 10.* nec non per lenes frictiones ſtercorum emollitio ſucceſſivaque expulſio de corpore tentanda eſt. Dum vero jam emollitæ ſunt fœces, ad eas expellendas tamen hæc ſufficientia non ſint, remedia fortiora Nro. 15. 16. 17. 28. exhibere licet.

Diuturna diarrhæa aut dyſſenteria vehemens non raro dolorem ardentem colicum poſt ſe relinquit, qui comitem fere individuum teneſmum habet; in hoc caſu remedia oleoſa, mucilaginoſa & lenia opiata *ſub Nro. 18. 19. 20. 26. 29.* maxime proſunt.

Peſſima, quæ habetur ſpecies, COLICA PICTONUM vocatur. Hæc communiter incipit circa ventriculum & partem ſuperiorem regionis umbilicabilis, in principio dolores obtuſi non admodum vehementes percipiuntur,

tur, nec longe continuant, ſed ſenſim vehementiores magisque conſtantes evadunt, omnem æger amittit appetitum, de flatulentia, eructatione conqueritur, ſæpius vomitus ſe jungit cum alvo pertinaciter ſemper clauſa, abdomen contrahitur, ſæpeque ſic introcipitur umbilicus, ut dorſi vertebris accumbere videatur, æger debilitatur & marceſcit, interea malum continuo increſcit; ſupprimitur urina, anus contracta adeo in corpus introſuſcipitur, ut ſæpe clyſma injicere poſſibile non ſit, ſequitur tandem paralyſis & partium diverſarum artuum præcipue ſuperiorum extenuatio.

Hoc malo plerumque afficiuntur, qui laboribus circa plumbum, mercurium aut arſenicum exercendis panem ſuum lucrari coguntur, quare auri argentique foſſoribus, deauratoribus, figulis, pictoribus morbus hic familiaris eſt. Sæpe etiam hoc morbo torquentur, qui vina plumbo adulterata bibunt, aut quibus hoc metallum per medicamenta aut per cibos ingeritur; obſervatum quoque eſt morbum hunc a liquidis fermentantibus, a fructibus immaturis deſumpſiſſe originem.

Sæpe dolores evaneſcunt, & per paroxyſmos redeunt, hic paroxyſmus ſubinde uno vel altero die ſilet, ſæpe quotidie redux pluribus horis perſiſtit, nonnunquam eodem die ſæpius revertitur, unde æger immaniter extorquetur, & debilis redditur, ut omni fere momento mors metuenda ſit.

Si mox initio malum hoc ex ſignis prægreſſis cognoſcatur, acerba ſymptomata ſæpe præcaveri poſſunt, res autem in eo conſiſtit, ut corpus per remedia Nro. 9. 10. leniter expurgetur; hæc ſi proſint, morbus raro exorbitat.

Quare, qui hominum talia metalla tractantium ſanitatis curam gerunt, cuncta ſtatim ſymptomata maxima cum ſedulitate perpendenda habent, ſique vel minima morbi hujus ſuſpicio appareat, efficaciſſima mox remedia propinare debent.

Indicatiſſimis his remediis per aliquot ſeptimanas adhuc ſuaviter continuandum eſt, etſi bona ſe jam valetudine frui æger aſſereret.

Verum

Verum ſæpenumero lenia hæc remedia optato deſtituuntur effectu igitur acuanda aut alia fortiora purgantia *ſub Nro. 15. 16. 17. 30. 31. 32.* danda ſunt.

Clyſmatum præcipue injectio frequens in hoc morbo multum levat, initio oleoſa emollientia tentantur, his autem nihil efficientibus irritantia *ſub Nro. 12. 13. 14.* locum habent. Verum nonnunquam & hæc nihil efficiunt, ut igitur tabaci fumum ano inflari neceſſe ſit, quo facto ſæpe alvus cum ægri levamine elicitur.

Alvo ſemel reſerata clyſmata adhuc emollientia & leniter alvum ducentia in uſum trahenda ſunt, ſimulque ab omnibus duris, tenacibus & flatus excitantibus cibis abſtinentia injugenda eſt.

Si hisce factis introtractio umbilici anique conſtrictio remittent, abdomen molleſcat, ſymptomata etſi recrudeſcentia mitiora tamen ſint, ſpes ſanitatis iterum obtinendæ affulget. Optimo cum effectu tunc per longum tempus remedia *ſub Nro. 33. 34. 35. 36. 37. 38.* adminiſtrantur, ut ſic ægri ſuas adipiſcantur vires, partes emaciatæ, reſtituantur, omnisque paralyſis diſpareat.

 Quod

Quod ſi vero paralyſis his non cederet, balnea ſulphurea & vis electrica maximo ſunt emolumento.

Quamdiu alvus in globos formata caprina eſt, recidivæ metus nondum profligatus habetur; hinc remediis emollientibus & leniter purgantibus utendum erit, donec alvus facilis, pultacea, minime tenax prodeat.

Si vero colica pictonum a liquoribus fermentantibus aut fructibus immaturis ortum duxerit, eadem methodo ut ante cura inchoanda eſt, poſthac vero remedia *ſub Nro. 32. & 39.* præter decoctum Nro. 40. longo tempore adminiſtranda ſunt. His mediantibus ſimiles ægri fere ſemper feliciter ſanitati priſtinæ reſtituuntur.

Si paroxyſmi in colica pictonum nimium dolentes & longi ſunt, nec clyſmata nec reliqua quamvis alias ſaluberrima remedia vel minime dolorem leniant, ad paregorica *ſub Nro. 18. 20. 26. 29.* confugiendum eſt, quæ perſæpe ſola dolorem mitigant, enormem diſſipant anxietatem, apparentique periculo ægrum eripiunt.

Atroci hoc morbo liberati ægri neceſſe habent, ut poſthac omnem cauſam excitantem

tem evitare perquam ſedule ſtudeant, alvo unquam nimis ſtricta laborare caveant, ſecus brevi recidivam patientur.

Si vero ob vitæ ſuæ conditionem, ob panis promerendi neceſſitatem cauſam evitare non poſſent, his in ſcopum præſervandi quotidie mane, antequam labores ſuos accedant, uncias aliquot olei, butyri, lardi aut alterius pinguis ſubſtantiæ aſſumendi conſilium detur. In pulte avenacea lacti incocta cum multo butyro addito optimum jentaculum conſiſtit.

Formulæ.

Nro. 1.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 2.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol: alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinq. adhuc in ferv. infuſ. p. ¼ hor.
colatur lib. ij. exhibe.
Sumat ut prius.

Nro. 3.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. exhibe.

Nro. 4.

℞. Lapid. cancror. gr. xxx.
nitr. pur. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 5.

℞. Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 6.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.

m̄.

Sumat ut prius.

Nro. 7.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jβ.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 8.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.

m̄.

Sumat ter vel quater de die cochlear unum.

Nro. 9.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 10.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde.
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polycreſt. dr. iij.
m̄.

Sumat ut prius.

Nro. 11.

℞. Camphor. dr. j.
ſolve in
oleo hyoſciam. q. ſ.
dein adde:
unguent. de alth. Unc. j.
m̄.

Detur uſui.

Nro. 12.

℞. Sapon. venet.
ſal comun. aâ. Unc. ß.
ſolve in
aq. font. lib. j.
dein adde:
mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro enemate.

Nro. 13.

℞. Fol. tabac. Unc. ß.
fol. ſenn. dr. vj.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. j. expreſſæ
adde:
mel. pur. Unc. ij.
aq. font. Unc. x.
m̄. pro enemate.

Nro. 14.

℞. Sal. amar. dr. vj.
mannæ Unc. ij.
aq. pur. Unc. x.
m̄. pro enemate.

Nro. 15.

℞. Aq. laxativ. D. V. Unc. IV.
ſal. polychreſt. dr. ij.
m̄.
Sumat pro hauſtu.

Nro. 16.

℞. Fol. ſenn. Unc. β.
mann. elect. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. miſt. infunde in aq. fervid.
lib. β. relinque vaſe clauſo p. ½ hor.
colat.
d. pro hauſtu.

Nro. 17.

℞. Sal. polychreſt. Unc. j.
mann. elect. Unc. iij.
ſolve in
aq. font. Unc. xv.
dein adde:
ſucc. citr. Unc. iij.
ſp. nitr. dulc. gtt. xx.

m̄.

Sumat omni hora vaſculum, donec purgetur.

Nro. 18.

℞. Pulv. ſpec. diatrag. frig. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jβ.
aq. flor. rhæad. Uuc. iv.

m̄.

Sumat omni hora cachlcar. duo.

Nro. 19.

Nro. 19.

℞. Olei amygdal. rec. preſſ.
vitell. ovor. ſubact. Unc. ß.
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̄. pro linctu.

Nro. 20.

℞. Laud. pur. gr. j.
ſolve in
aq. flor. tiliæ Unc. IV.
dein adde:
ſyr flor. rhæad. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 21.

℞. Nitr. pur. ſcr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. tiliæ Unc. vij.
m̄.
Uſus ut prioris.

Nro. 22.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 23.

Nro. 23.

℞. Hbæ. rutæ
— meliſſ.
— Serpill. aâ M. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 24.

℞. Flor. chamomil. M. ij.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 25.

℞. Aq. ſtillat. rut. Unc. IV.
ſyr. menth. Unc. j.
tinctur. caſtor. gtt. xx.
laud. liquid. gtt. xv.
m̄.
Sumat omni ¼ horà unum vel duo cochlear.

Nro. 26.

℞. Syr. diacod. Unc. j.
aq. flor. rhæad. Unc. IV.
laud. liquid. gtt. x.
m̄.
Uſus, ut ſupra.

Nro. 27.

℞. Theriac. Andromach. dr. j.
d. pro doſi.

Nro. 28.

Nro. 28.

℞. Rhei. elect.
ſal. polycreſti aâ ſcr. ij.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 29.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ol. amygdal. rec. preſſ. vel
ol. lin. rec. prec. Unc j.
m̄. pro hauſtu.

Nro. 30.

℞. Cremor. tartar. gr. xx.
rad. jalapp. ſcr. ij.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 31.

℞. Pulv. rad. jalap. dr. ij.
cremor. tartar. dr. iij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.

m̄.

Sumat omni bihorio parvum cochlear, donec purgetur.

Nro. 32.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
pulv. rad. jalapp. dr. jß.
conſerv. fumar.
— naſturt. aquat. aâ Unc. jß.
Syr. rad. V. aperient. q. ſ.
m̄. f. conſerva.
Sumat omni trihorio parvum cochlear.

Nro. 33.

℞. Rad. valerian. ſylveſt. dr. ij.
conſciſ. infunde ſ. q. aq. fervid. vaſe
clauſo p. ½ hor. colatur. lib. jß. adde:
Syr. cort. aurant. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 34.

℞. Hbæ. flammul. jov.
glycyrrh. aâ Unc. j.
conſciſ. d. nſui.

Nro. 35.

℞. Gumm. ammoniac.
— galban. aâ dr. jß.
camphor.
caſtor. aâ gr. xv.
maſſ. pilul. Ruff. dr. ß.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 36.

Nro. 36.

℞. Pulv. milleped. Unc. ß.
terebinth. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat omni trihorio tres.

Nro. 37.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac. aà dr. ij.
maſſ. pilul. Ruff. ſcr. ij.
myrrh. elect. gr. xxx.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 38.

℞. Extract. arnic. dr. ij.
aq. fœnicul. Unc. viij.
ſyr. menth. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni trihorio duo cochlear.

Nro. 39.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac.
extr. cicut. aà dr. j.
maſſ. pilul. Ruff. dr. ß.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 40.

℞. Rad. bardan. Unc. vj.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. exhibe.

De Diarrhœa.

Si quis præter conſuetudinem frequentius deponat alvum eamque copioſam, tenuem, aquoſam, hic ſtatus ſub diarrhææ nomine venit.

Diarrhæa non ſemper ut morbus conſiderandus eſt, eſt enim multoties ſalutare naturæ conamen, quo natura ſe accumulatis humoribus ſuperfluis aut acrimoniis evacuat, conſequenter ſanitati opitulatur. In genere omnis diarrhæa ſalutaris eſt, quæ nec nimia, nec diu nimis perſtat, quæ non modo nullam debilitatem, ſed levamen ægro adfert.

Huic adverſa ægrum valide adorta, diu durans, vires corporis exhauriens mala eſt, & ſymptomatica.

Quare etiam diarrhæa alias ſalutaris nociva fieri poteſt, ſi ſtatim in principio exorbitans diuque durans ægri vires dejiciat.

Si

Si in morbis acutis prægreſſis coctionis ſignis dieque critico diarrhæa obveniat, ſalutaris plerumque cenſetur, ſi præſertim non exorbitans ſymptomata morbi levet, tunc nil peculiare agendum eſt, ſed continuatis iisdem remediis omne reliquum naturæ viribus committitur.

Si vero ſtatim in initio copioſa nimis, debilitans, diuque continuans foret, cauta manu moderamen induci, nunquam vero ſubito ſiſti debet, remedia Nro. 1. 2. 3. in hoc caſu optimo ſemper cum effectu porriguntur; ut primum vero diarrhæa ad tale moderamen reducta eſt, ut ægrum non amplius debilitet, his remediis iterum valedicendum erit.

Aſt in febribus & malignis, ubi ægri alioquin debiles ſunt, remediis roborantibus utendum, & quidem præſente diarrhæa remediis prius dictis ſolum id *ſub Nro. 4.* ſubſtituendum eſt.

Si vero ad diarrhæam moderandam priora remedia ſtiptica ſufficientia non ſint, eadem cum cautela porrigenda ſunt remedia Nro. 5. 6. 7. laudata.

Verum, ſi advertatur evacuationem per alvum non debite procedere & ægrum per flatus, frequentiorem teneſmum torqueri, per emollientia clyſmata aut alia remedia Nro. 8. 19. 20. recenſita alvus ſollicitanda eſt.

In morbis chronicis diarrhæa poſitis iisdem conditionibus non ſecus ac in morbis acutis ſalutaris aut ſymptomatica eſſe poteſt. Symptomatica autem ſemper eſt, quando n morbis ſive acutis ſive chronicis tunc exoritur, quando morbus jam diu duravit, æger multum jam debilitatus ſit, humoresque corrupti & diſſoluti habeantur. Hinc admodum frequenter in febribus putridis, hydrope, pthyſi, ſcorbuto, cancro obveniens diarrhæa mortis prænuncia eſt. Hoc tamen in caſu tolerabilis & moderata reddi poteſt per remedia Nro. 1. 2. 3. dicta.

Sæpe diarrhæa obvenit, quin morbus aut refrigeratio præceſſerit, præſertim dum ſumme æſtuantibus diebus noctes ſuccedunt frigidæ, aut ſi fervente æſtate copioſa potulenta frigida, glacialia ingurgitantur, ut ventriculus & inteſtina nimium exinde refrigerentur.

Si

Si ſolum refrigeratio diarrhæa cauſam conſtituat, ægri plerumque, antequam alvum deponant, de dolore colico conqueruntur, neque tamen ſitim magnam, nec vehementem calorem, nec ciborum faſtidium experiuntur. Talis diarrhæa non difficulter curatur, ſi æger ſe in calore conſervet, ſæpius vaſculum infuſi chamomillæ aut menthæ bibat, abdominique calida linteamina applicet; his remediis aut ſudor elicitur, aut copioſa mingitur urina, evaneſcente plerumque diarrhæa & dolore colico; ſi vero tale quid non contingat, drachma una theriacæ Andromachi ad veſperas danda eſt. Si dato hoc placide æger abdormiat & ſequenti die ſe bene habeat, medicamentis non amplius opus eſt, modo in calore moderato adhuc ſe continens nonnunquam de priori infuſo vaſculum hauriat.

Si autem diarrhæa non ceſſet, mox tempore matutino theriaca Andromachi iterato exhibenda, eaque veſperi, ſi caſus poſtulet, repetenda eſt. Hac methodo frequentiſſime hæcce diarrhæa curatur, quæ ſolum ex refrigeratione orta nec ventriculi vitium, nec alia concomitantia ſymptomata habet.

Quod ſi vero ventriculus ſimul vitiatus ſit, æger mox initio de mucoſitate oris, de preſſione in ventriculo aut flatibus in abdomine querelas movet, ſtatim per clyſmata emollientia aut quod melius per remedium Nro. 8. ſuccurrendum eſt. Si ventriculus exindè & inteſtina probe fuerint purgata, theriaca Andromachi ad dr. j. ſufficiens erit ad jugulandam hanc diarrhæam.

Alimenta tenacia, dura, indigeſtibilia, potus fermentantes, fructus horræi copioſi, ſi præcipue ventriculus debilis ſit, aut multum aquæ ſuper potetur, item panis corruptus, ova putrida, caro degenerans, nimia tandem ventriculi oppletio diarrhæam cauſant. Tales diarrhææ periculo plenæ evadere & mala metamorphoſi in dyſenteriam pertinacem abire poſſunt, ſi non ſtatim in principio debita medela adhibeatur.

Si æger talem errorem comiſiſſe fateatur, aut nimium ventriculum oneraſſet, ſi ſimul omnem cibum nauſeet, de amarore oris, de continuis ex ventriculo flatulentis eructationibus, deque conatu vomendi conqueratur, mox emeticum *ſub Nro. 9. 10.* propinandum eſt, ut ſic per os & anum

multa

multa de corpore ſaburra eliminetur, ad veſperas poſtea remedium *ſub Nro. 11. 12.* ſummi debet.

Dum ab his nox quieta transacta fuit, ſequenti die æger nón amplius de eructationibus, de nauſea ac conatu vomendi lamentetur, & diarrhæa notabiliter remittat, nulla eo die exhibentur medicamenta præter infuſum florum chamomillæ aut menthæ & denuo remedium paregoricum *ſub Nro. 11. 12.* ad veſperas propinatur. Si inde morbus minuatur, appetitus redeat, hac methodo per aliquot dies continuandum eſt, donec morbus in integrum ceſſet.

Quod ſi tamen die tertio æger nil appeteret, os adhuc amarum, mucoſum haberetur, ſi in ventriculo preſſio, flatus in inteſtinis nondum ceſſaſſent, mane pulvis Nro. 8. dictus dari, veſperi vero therica Andromachi porrigi debet. Si inde quoque diarrhæa nondum ceſſaret, medicamenta *ſub Nro. 1. 2. 3. & 13.* exhiberi debent, & ſi hæc non cito notabile levamen adferrent, ad remedia *ſub Nro. 5. & 14.* confugiendum foret.

Quamprimum vero ab his remediis conſtans emendatio obtenta ſit, ſtatim illa quoad doſim minui, aut leniora ejusmodi propinari debent, ſique nova non adveniant ſymptomata, his ad omnis diarrhææ finem uſque continuandum eſt.

Sunt nonnulli, qui poſt validam iram, magnum terrorem aut alium ſubitum animi affectum diarrhæa infeſtantur, qua plerumque copioſam & bilioſam exonerant alvum. Diarrhæa hæc plerumque ſalutaris eſt, quæ ſi moderata ſit, nec in longum excurrat, nequaquam ſiſtenda eſt, nihilominus his ægris, ſi pondus in ventriculo, nauſeam adverſus cibos & flatus experiantur, lene purgans *ſub Nro. 15.* exhibetur, & veſperi aſſumptus pulvis paregoricus *ſub Nro. 12.* multum conducit. Si tamen cunctis his præſtitis diarrhæa in longum excurreret, & moleſta evaderet, remedio *ſub Nro. 2.* utendum eſt.

Sunt nonnulli, qui omni vere & autumno in diarrhæam incidunt. Hi plerumque per unum altrumve diem antea tenſionem infra coſtas & ſcrobiculum cordis ſentiunt, appetitum magnum non habent, dolorem

lorem obtuſum colicum, flatus in abdomine, in lumbis tenſiones, debilitatem & tremorem in genubus percipiunt, ſuccedit tandem diarrhæa, & brevi poſt ſymptomata remittunt, virium robur & agilitas redit Si igitur omnia debito ordine procedant, medicamenta naturam turbando damnum ægro inferrent; nonnunquam tamen contingit, ut ægri ſolum angantur, non autem ſufficienter expurgentur, quare lene purgans *ſub Nro. 15.* dandum eſt. Dum vero diarrhæa longo tempore perſiſtens debilitatem induxit, remedium ex bolo Armeniæ *ſub Nro. 2.* exhibendum venit.

Omnis vehemens & diu pergens diarrhæa, præcipue dum multus mucus excernitur, validum perſæpe dolorem in abdomine & valde dolorificum teneſmum cauſat, in hoc caſu remedia *ſub Nro.* 1. 2. 3. & 16. deſcripta, clyſmata vero *ſub Nro. 17. 18* proſunt.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Pulv. ſpec. diatragac. frig. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. iv.

m̃.

Sumat omni hora vel bihorio cochlear. duo.

Nro. 2.

℞. Bol. Armen. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. fl. rhæad. Unc. vij.

m̃.

Uſus, ut prioris.

Nro. 3.

℞. Rad. ſalep. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. ij. adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.

m̃.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 4.

℞. Theriac. Andromach.
extr. cort. peruvian. aâ dr. ij.
ſyr. flor. tunic. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.

m̄.

Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 5.

℞. Bol. armen. dr. ij.
pulv. terr. catechu. dr. ß.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. viij.

m̄.

Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 6.

℞. Alumin. rup. gr. x.
ſolve in
aq. flor. rhæad. Unc. viij.
dein adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.

m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 7.

℞. Pulv. rad. tormentill. dr. j.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. viij.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 8.

℞. Rhei. eleɛt.
ſal polychreſt. aâ ſcr. ij.
m̄.
f. pulv. p. doſi.

Nro. 9.

℞. Pulv. rad. ippecacuanch. gr. xxx.
ſal. polychreſt. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 10.

℞. Pulv. rad. ippecacuanch.
— rhei aâ gr. xxv.
ſal. polychreſt. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 11.

℞. Theriac. Andromach. dr. j.
m̄. d. p. doſi.

Nro. 12.

℞. Laudan. pur. gr. j.
Lapid. cancror. gr. xv.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 13.

℞. Pulv. fol. ſalicar. dr. j.
Sumat ter de die unum.

Nro. 14.

℞. Syr. diacod. Unc j.
aq. menth. Unc. viij.
tinctur. terr. catechu. dr. jß.
laudan. liquid. gtt. xv.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 15.

℞. Rhei. elect. dr. ß.
myrobalan. citrin. gr. xv.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 16.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ol. amygdal. rec. vel
ol. lini rec. Unc. j.
m̄.
Pro hauſtu veſpertino.

Nro. 17.

Nro. 17.

℞. Ol. lini rec. preſſ. Unc. v.
mucilag. gumm. tragacanth. Unc. ij.
m̄. f. enema.

Nro. 18.

℞. Terebinth. vitell. ovor. ſubact. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. ij.
ol. lin. Unc. iv.
m̄. f. Enema.

Nro. 19.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
Rad. altheæ Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ
per ½ colatur. lib. jß.
adde:
Nitr. pur. dr. jß.
Mann. elect. Unc. jß.
Syrup. Berberum. Unc. j.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 20.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per
½ hor. col. lib. jß. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

De Dyſenteria.

Ille morbus Dyſenteria appellatur, in quo æger non ſolum frequentem alvum deponit, ſed etiam a vehementi ſimul continuo & admodum dolorifico colico dolore excruciatur. Si alvus ſimul cruenta ſit, Dysenteria cruenta nominátur.

Omnis Diarrhæa nimis longa & vehemens facili negotio in dyſenteriam abire poteſt.

Bilis acris accumulata, mala nutritio, panis non bene fermentatus corruptus, ex farina corrupta aut putreſcente paratus ſecali, ſemiputrida aut animalium ægrotantium aut morbo exſtinctorum, aut putrida caro, aqua vermibus, inſectis ſcatens, aër impurus, putridus, humidus ſimul & calidus, verbo, omnes Diarrhææ cauſæ peſſimam & malignam dyſenteriam cauſáre valent.

Non raro dyſenteria epidemica & contagioſa eſt & ſæpe multos intra breve temporis ſpatium trucidat.

Dyſenteria ſemper periculoſior diarrhæa merito habetur.

Si cauſæ dyſenteriæ in primis viis in materie acri & corrupta hæreant, ſæpe cura difficilis non eſt. Quod ſi vero acrimonia ipſum jam inquinavit ſanguinem, eumque acrem reddidit & diſſolutum, aut ſi dyſenteria ex humoribus per alium morbum aut quacunque ratione corruptis aut per contagium exorta ſit, longe ſemper periculoſior pertinacior & non rato etiam incurabilis eſt.

Etenim ſi exorta dyſenteria adeo jam debilitati ſunt ægri, ut vires vitæ amplius operari non poſſint, aut dum humores jam ita corrupti diſſoluti ſunt, ut nullo amplius remedio corrigi queant, ſemper mors inevitabilis ſequetur.

Si a ſanguine corrupto originem trahat, omnis indicatio eo directa ſit, oportet, ut humores per remedia idonea corrigantur & vires ægri admodum debiles erigantur.

Dyſenteria obnoxii ſtatim a conſortio aliorum ſanorum & ægrorum dimovendi ſunt, hi enim ut plurimum aërem in cubilibus & noſocomiis ita inficiunt & impurum reddunt, ut cæteri etiam ibidem degentes aut morbo eodem aut febri maligna putrida

inva-

invadantur. Neque alii iisdem ſellis perforatis aut matulis utantur, in quibus dyſenterici ſua depoſuerunt excrementa.

In hoc morbo maxima cura adhibenda eſt, ut aër continuo renovetur, recens habeatur & purus, permultum enim ad ſanitatem recuperandam contribuit.

Statim in principio cauſæ dyſenteriæ ſedule examinandæ ſunt. Dein videri debet, an dyſenteria nunc inchoet, aut longiori jam tempore decurrat? An in principio ſuo febrim comitem habuerit, nec ne? Non minus, an ſtatim in origine ſua vehemens debilitans & periculoſa fuerit? Aut, an ſufficienti adhuc virium robore æger gaudeat? Demum an maligna adſint ſymptomata?

Si ſine febre ſine magna virium amiſſione a cauſis prius adductis originem habeat, mox in principio tempore matutino emeticum *ſub Nro. 1. vel 2.* veſpertino autem remedium *ſub Nro. 3.* adminiſtrandum eſt.

Altero die malo nondum imminuto, ægro viribus adhuc polente haud aliter ac primo die agendum.

Si

Si vero ſecundo jam die multum virium amiſiſſet æger, priorum remediorum loco illud *ſub Nro. 4.* dare convenit, nauſea interim perſtante, neque imminuto dolore capitis & abdominis, multum adhuc fœtente alvo tertio die pulverem *ſub Nro. 1. aut 2.* veſperi vero remedium *ſub Nro. 3.* repetere oportet.

Nihil enim magis prodeſt, quam ſtatim in initio per emeticum aut lene purgans acrimoniam de corpore eliminare, alias ſæpe etiam benigna dyſenteria in malignam vertitur.

Plerumque obſervantur remedia hæc *ſub Nro. 1. 2.* exhibita ægrum admodum parum debilitare, quin potius in principio morbi data levare.

Si igitur tali medela morbi cauſa minuatur, uſuveniunt remedia *ſub Nro. 4. 5. 6. 7.* ut ſic acrimoniæ fortaſſe adhuc latitantes reliquiæ involvantur, colicusque dolor & inteſtinorum irritatio leniatur.

Si malum remittat, alvus rarior, minus fœtens ſit & naturalis, ſolum prius recenſitis remediis continuandum eſt.

Si

Si vero dyſenteria mitior non evadat & æger adhuc de continua flatulentia, eructatione, nauſea conqueratur, ſignum eſt ſaburram hisce remediis non cedere. Quare hoc in caſu adhucdum omni tertio die mane pulvis *ſub Nro. 8.* veſpere vero ſemper illud *ſub Nro. 3.* aut Nro. 9. propinari debet, reliquis autem diebus antedicta remedia in uſum trahere oportet.

Si nulla amplius ſigna adſint quidquam heterogenei aut corrupti in primis latitare viis, malum tamen non ceſſet, leniter adſtringentibus *ſub Nro. 10. & 11.* uti licebit.

In genere ſtiptica remedia tamdiu vitanda ſunt, donec omnis acrimonia radicitus evulſa ſit, ſecus hoſtis peſſimum morbum generaturus includetur.

Si tamen dyſenteria nimis vehemens foret & debilitans, ex prius laudatis remediis nullum ſolamen obtineretur, in hoc caſu ſtiptica negligenda non ſunt, ſymptomatibus vero cum quadam conſtantia imminutis iterum hisce valedicendum & per leniora antea dicta remedia cura terminanda erit.

Ubi ſtatim in principio dyſenteriæ comitem ſe febris adjunxit, conſiderandum eſt, an pulſus plenus, durus & tenſus ſit? ſi talis deprehenditur, vena mox ſeccari & cura ſecundum ægri vires præſentiaque ſymptomata inſtitui debet. Videndum præterea an non in inteſtinis aut in alio quodam loco inflammatio obſervetur; quod ſi ſigna inflammationis adſint, huic mederi indicatio princeps habebitur, ſecus enim remedia priora ſemper fere nocerent. Nihilominus methodus antiphlogiſtica ita adhiberi debet, ut dyſenteriam non adaugeat, quin potius quantum poſſibile minuat.

Igitur hoc in caſu poſito decocta emollientia, mucilaginoſa Nro. 12. 13. 14. præſcripta magna copia porrigenda erunt, quia hæc non ſolum virtutem inflammationi adverſam poſſident, ſed & acres dyſentericos humores involvunt, conſequenter morbi vehementiam infringunt.

Quod ſi vero æger de amarore oris, de frequentiori nauſeoſa eructatione, de pondere in ventriculo, de magna flatulentia & colico in abdomine colore conqueratur, ſi alvus male olens putrida foret aut ventri-

culum

culum & inteſtina multa acri materie repleta eſſe ſigna manifeſta docerent, priorum medicamentorum loca illa quæ Nro. 15. 16. 17. & 18. recenſentur, exhibenda veniunt, ut ſic primis viis leniter purgatis & evacuatis dyſenteriæ cauſa minuatur & aufferatur.

Dum celebratis ſufficienter venæ ſectionibus adhibitisque remediis idoneis febris & inflammatio aut percurata aut mitior facta eſt, ut exinde nil amplius timendum ſit, ad dyſenteriam, ſiquidem vehemens adhuc fuerit, tota cura dirigatur, oportet; ſi vero moderata ſit & hactenus uſitata remedia ad malum penitus aufferendum ſufficere videantur, iis ſolum continuandum erit.

Si vero in dyſenteriæ principio pulſus quidem adſit febrilis, non tamen durus plenus nec tenſus exploraretur, nec inflammationis aut plethoræ particularis ſigna adeſſent, venam ſeccare neceſſe non eſt, ſed ſi vires ſufficientes æger poſſideat, eadem methodus medendi, quæ in dyſenteria ſine febre laudabatur, hic locum habet. Attamen illa decocta & remedia, quæ propter febrem præſentem indicantur, negli non debent.

Quod ſi autem æger jam ab initio dyſenteriæ admodum debilis eſſet, pulſusque debilis mollis parvus & tremulus aut tardus inæqualis haberetur, malum ſemper omen dyſenteriam malæ notæ præſagiens intelligitur.

Quare ſedulo perpendendum, an ægri vires emetica aut purgantia absque vitæ periculo pares ſint ferendo? ſi ita illico unum remediorum *ſub Nro. 1. 2.* aut ſaltem illud *ſub Nro. 7.* propinandum eſt.

Horum effectu abſoluto remedium paregoricum *ſub Nro. 4. 5. 6. 7.* ad veſperas vero clyſma *ſub Nro. 19. & 20.* adminiſtrandum erit, ſimulque vaſculum de potu theato *ſub Nro. 21. 22. & 23.* ægrum aſſumere convenit; ſequenti die hisce denuo remediis continuandum eſt, iterumque mane ac veſpere ante dictum clyſma injicere proderit. Si jam pulſus aliquomodo elevetur, vires increſcant, æger per unam alteramve horam placidum ſomnum capiat, alvum non amplius ita tenuem, aquoſam, fætentem &c. excernat, multa facta ſunt & quamdam ſanitatis reſtituendæ ſpem concipere licet.

In

In hoc caſu iisdem remediis procedendum eſt, ſi vero aucto jam virium robore ſaburram adhuc in inteſtinis latitare ſigna oſtenderent, ſub uſu priorum ſemel aut bis pulverem *ſub Nro. 8.* exbibere neceſſe eſt, ut tali ratione cura feliciter peragatur.

Si vero hæc remedia ad vehementiam dyſenteriæ debellandam ſufficientia non ſint, ad moderandas adeo copioſas alvi dejectiones ea cauta manu porrigi poſſunt, quæ Nro. 4. 11. 24. 25. recenſentur.

Quod ſi autem in principio jam æger adeo debilis inveniatur, ut nullum remedium evacuans tuto dari poſſit, examinandum venit, an hæc debilitas ex frequentibus admodum & copioſis dejectionibus ortum ducat, aut an naturæ vires a cauſa maligna contagioſa ſuppreſſæ ſint?

In primo caſu mox remedia alvum ſiſtentia *ſub Nro. 11. 24. 25.* exhibenda ſunt: ut primum vero malum notabiliter remiſit, ſtiptica hæc aut ſumma cum cautela aut his leniora propinanda ſunt.

In ſecundo autem caſu remediis ſtimulantibns & roborantibus viribus naturæ dejectis ſuccurrendum eſt, talia Nro. 26. 27.

 28.

28. 29. 30. 31. videri poſſunt. Simul ad nucham & ſuras veſicantia ponantur.

Si pulſum exinde inſurgere, vires increſcere advertatur, ut plurimum etiam dyſenteria remittit, atque tunc æger remedia aſſumere debet, ac ſi febre putrida maligna decumberet.

Si vero auctis ægri viribus dyſenteria non minueretur, methodo prius laudata tractanda eſt.

Hinc viribus non redeuntibus magnum ſemper vitæ periculum inſtat.

Dum ex urina turbida, male olente, ex putrida multum fœtente alvo, ſanguine diſſoluto permixta, aut aliis ſignis humores diſſolutos eſſe & in putredinem abire colligitur, abſolute ea dari debent, quæ Nro. 32. 33. & 34. memorantur.

Denegato his ægris per plures dies ſomno & teneſmo aut colico dolore ſua vehementia continuante præter priora remedia adhuc quotidie bis aut ter guttulas decem vel quindecim de Nro. 35. porrigere neceſſum eſt.

Hinc ſæpius contingit, ut ſymptomata remittant, ægri animo corporiſque viribus

eri-

erigantur, pulſus evadat fortior ſomnusque reficiens ſequatur.

In hoc caſu frequenter aut petechiæ aut milliaria toto corpore erumpunt.

Si hæc cum notabili & inſtanti levamine obveniant, mox ſecuturæ reconvaleſcentiæ ſpes adeſt.

Quod ſi vero cuncta hæc remedia nil proſint & milliaria cum ſudore frigido aut maculæ purpureæ, nigræ appareant, pulſus continuo minur debilior, reſpiratio laborioſior evadat, urina fuſca nigra mingatur & fœtens, alvus putrida aut putrido ſanguine mixta deponatur, abdomen intumeſcat, manus & pedes frigeant, palleant labia aut liveſcant, ſpaſmi & delirium accedant, actum eſt de ægro, quia hæc ſigna mortis indicia ſunt.

Si poſt validam dyſenteriam in inteſtinis ardor, teneſmus in recto remaneat, hæc ſymptomata ea Methodo, quæ ante in ipſa dyſenteria dicta eſt, tractanda ſunt.

Si mature nimis & imprudenter per remedia ſtyptica diarrhæa aut dyſenteria ſupprimatur, abdomen plerumque durum ma-

net, omnes cibos ægri nauſeant & flavi ut plurimum aut terrei coloris faciem gerunt.

His omni ſecunda aut tertia die pulvis Nro. 36. dandus eſt, & ne in priorem morbum incidant, eo ſemper die, quo remedium purgans ſumpſerunt ad veſperas remedio Nro. 9. aut illo *ſub Nro. 3.* utantur, oportet.

Dum diarrhææ aut dyſenteriæ comitem ſe adjungit vehemens vomitus, ut æger ſurſum deorſumque violenter & copioſe humores evacuet, morbus ad ſummum periculum pervenit, neque rarum eſt videre ut ægri intra paucas horas toti exhauſti macilenti & debiles evadant, cedantque fatis nonnunquam cito admodum, niſi illico medela efficax in auxilium vocetur.

Morbus hic CHOLERA dictus ſæpe generatur ex abundante bile acri reddita aut dum ventriculus & inteſtina materie putrida oleoſa rancida aut aliis indigeſtibilibus opplentur; ita quoque muſtum aliique in fermentationem proni liquores producunt hunc morbum.

Si igitur talia occidant & æger ſufficienti adhuc virium robore gaudeat, ut evacuantia remedia ferre poſſit, pro ratione cauſæ diverſæ, uti in cardialgia emeticum aut purgantia aut potus attenuantes aciduli aut clyſmata indicata erunt, quibus inſiſtendum eſt, quamdiu id ſymptomata expoſtulent & ægri vires admittant.

Sæpe tali ratione & cauſa morbi & ipſe morbus tollitur, ut nulla amplius mala ſequela metuenda ſit.

Verum ſæpe ventriculus & inteſtina a ſaburra liberantur, nihilominus ſua vehementia morbus pergit, nec vomitus minuitur, nec frequens illa alvi dejectio & ad majorem ſemper debilitatem æger reducitur. In hoc caſu ſine mora remedium *ſub Nro. 11. aut 37.* omni dimidia hora ad duo cochlearia porrigendum eſt, donec mali emendatio adſit.

Si vero æger totus jam exhauſtus eſſet, habitus corporis cadaveroſus, macilentus haberetur cum ſummo virium defectu, ita, ut ſine maximo vitæ periculo evacuans propinari non poſſit medicamentum, illico de remedio Nro. 38. omni ſemiquadrante horæ

ræ duo cochlearia ſumat, donec notabiliter levetur, poſthac rarius hoc remedium exhibendum atque ſic pergendum, donec omnis ſedatus fuerit motus inordinatus.

Quod ſi vero hæc aut illa remedia nil proſint, in animi deliquium labuntur ægri, extrema frigent & ſpaſtice contrahuntur, tandemque ſub convulſionibus inter ſummas anxietates per mortem tragœdia hæc clauditur.

F o r m u l æ.

Nro. 1.

℞. Rad. Ipecacuanh. gr. xxx.
Sal. polychreſt. gr. x.
m̄. f. pulv. pro doſi.

Nro. 2.

℞. Pulv. Rad. Ipecacuanh..
— Rhei aā gr. xxx.
ſal. polychreſt. gr. x.
m̄. f. pulv. pro doſi.

Nro. 3.

℞. Theriac. Andromach. dr. j.
d. pro doſi.

Nro. 4.

℞. Bol. armen. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. vij.
m̄.

Sumat omni hora unum cochlear.

Nro. 5.

℞. Pulv. ſpec. diatrag. frig. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. IV.
m̄.

Sumat omni hora cachlear. duo.

Nro. 6.

℞. Rad. ſalep. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
col. lib. jß. adde:
ſyrup. diacod. Unc. jß.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 7.

℞. Pulv. fol. ſalicariæ dr. j.
Sumat ter de die pulv. unum.

Nro. 8.

℞. Rhei. elect. dr. ß.
Myrobalanor. gr. xv.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 9.

Nro. 9.

℞. Laudan. pur. gr. j.
Lapid. cancror. gr. xv.
m̄. f. pulv. pro doſi.

Nro. 10.

℞. Bol. armen. dr. ij.
pulv. terr. catechu. dr. ß.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhæad. Unc. vij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 11.

℞. Syr. diacod. Unc. j.
aq. menth. Unc. viij.
tinct. terræ. catechu. dr. jß.
laud. liquid. gt. xv.
m̄.
Sumat ut prius.

Nro. 12.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 13

Nro. 13.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. jß.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinq. adhuc in ferv. infuſ. p. ¼ hor.
colatur lib. ij. exhibe.
Detur uſui.

Nro. 14.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 15.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 16.

Nro. 16.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.

Sumat ter vel quater de die cochlear unum.

Nro. 17.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. jβ.
mann. electˌ. Unc. jβ.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 18.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jβ. adde.
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 19.

℞. Olei lini recent. Unc. v.
mucilag. gumm. tragacant. Unc. ij.
m̄. f. enema.

Nro. 19.

Nro. 20.

℞. Terebinth. vitel. ovor.
ſubact. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. ij.
olei lin. Unc. IV.
m̄. f. Enema.

Nro. 21.

℞. Hbæ. rutæ
— meliſſ.
— Serpill. aâ M. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 22.

℞. Flor. chamomil.
— alth.
herb. rutæ aâ M. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 23.

℞. Flor. chamomil. M. ij.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 24.

℞. Alum. rup. gr. x.
ſolv. in aq. flor. rhœad. Unc. viij.
dein adde:
ſyr. diacod Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 25.

Nro. 25.

℞. Pulv. rad. tormentil. dr. j.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhœad. Unc. viij.

m̃.

Uſus, ut prioris.

Nro. 26.

℞. Herbæ rutæ
ſcordii aā M. j.
conſciſ. infund. ſ. q. aquæ fervid.
per ½ hor. vaſe clauſo
colatur lib ij. adde:
ſyr. contrajervæ Unc. ij.
ſpirit. vitriol. gtt. xx.

m̃.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 27.

℞. Rad. valerian. ſylveſt. dr. ij.
conſciſ. infunde ſ. q. aq. fervid. vaſe clauſo p. ½ hor. colatur. lib. jß. adde:
Syr. cort. aurant. Unc. jß.

m̃.

Uſus, ut prioris.

Nro. 28.

Nro. 28.

℞. Aquæ ſtil. rutæ Unc. viij.
ſyr. rad. v. aperient. Unc. jß.
tinct. rad. contrajerv. dr. ij.

m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 29.

℞. Camphor. gr. j.
lapid. cancror. gr. xx.
m̄. f. pulv. detur talis omni bihorio & bibat deſuper vaſcul. ex infuſ. ſpecier. ſub Nro. 21.

Nro. 30.

℞. Camphor. gr. vij.
mucilag. gumm. arabic. dr. ij.
in mortar. marmoreo bene
ſubactis adde miſcendo
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.

m̄.

Sumat omni hora cochlear. unum.

Nro. 31.

℞. Pulv. corticis peruvian.
ſubtiliſſ. Unc. j.
aq. rut. Unc. x.
vin. bon. Unc. iij.
ſyr. menth. Unc. ij.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 32.

℞. Decoct. hord. lib. ijβ.
ſpirit. vitriol. dr. jβ.
ſyr. rub. Idæi Unc. ij.
m̄.

Sumat vaſculatim.

Nro. 33.

℞. Aq. flor. rhæad. Unc. viij.
ſyr. diacod. Unc. jβ.
ſpirit. vitriol. gtt. xv.
m̄.

Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 34.

℞. Aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
ſyr. de alth. Unc. ij.
ſpirit. vitriol. dr. ij.
m̄.

Sumat omni hora unum cochlear.

Nro. 35.

℞. Laudan. liquid. dr. j.
d. uſui.

Nro. 36.

℞. Rhei. elect.
ſal. polychreſt. aâ dr. ij.
m̄. f. pulv. pro doſi.

Nro. 37.

℞. Syr. diacod. Unc. j.
aq. flor. rhæad. Unc. iv.
laudan. liquid. gtt. x.
M. D.

Nro. 38.

℞. Aq. meliſſ. Unc. iij.
aq. cinamom. ſimpl. Unc. j.
ſyr. diacod. Unc. j.
laud. liquid. gtt. xxxx.
M. D.

De Inflammatione Renum.

Nephritis in utroque rene accidere poteſt, frequentius tamen in uno ſolum & quidem ſæpiſſime in ſiniſtro obſervatur.

Nephritici de valido ardente pungente profundo dolore conqueruntur in lumbis, ubi renes hærent, & hæ plagæ magnum calorem manui tangenti demonſtrantes ad attactum multum dolent, calorem lecti præcipue ex plumis aut lana facti non ferunt, dolor pro maxima parte verſus inquina & veſicam urinariam ſe extendit, ſæpe in affecti lateris femore dolens ſpaſmus & ſtupor excitatur, in viris nonnunquam teſticuli non ſine dolore ſurſum convelluntur, magna ſimul ſitis magnaque febris adeſt.

Dum inflammatio utrumque renem obſidet, ut plurimum urina ſupprimitur, aut pauca ſolummodo eaque flammea magno cum ardore excernitur, nihilominus ſæpius pallida & aquoſa habetur.

Diuretica remedia hic ſumme nocent, inflammationem enim augere & gangrænam brevi lethalem inducere poſſunt.

Decocta

Decocta emollientia refrigerantia, qualia Nro. 1. 2. 3. receſentur, interne, externe quoque cataplaſmata talia & lenis frictio cum unquento emolliente Nro. 4. nec non emollientia clyſmata cum venæ ſectionibus ſecundum febris genium, doloris & virum conſtitutionem omnem abſolvunt curam, ut in aliis inflammationibus optimo cum ſucceſſu fieri conſuevit.

In principio ſæpe fluxus hæmorrhoidum ſubito nephritidem tollit, aut ſaltem multum levaminis adfert; idem in feminis per copioſa menſtrua auxilium habetur.

Si tertio aut quarto die urina craſſa turbida fuſca aut ſanguine profunde rubro mixta excernatur, febris & dolor minuuntur & non raro inde inflammatio benignam reſolutionem obtinet.

Sæpe quarto aut ſeptimo die urinam craſſam turbidam videre licet, hæc brevi copioſum puriforme ſedimentum deponit, quo ſymptomatibus notabiliter emendatis morbus judicatur.

Si autem nephritis ſua vehementia pergat, nec ulla obſervetur evacuatio critica, plerumque in ſuppurationem tendit.

Hæc ex ſignis in peripneumoniæ ſuppuratione dictis cognoſcitur, eademque, quæ ibi, indicantur remedia, attamen in hoc caſu, ſi vomica per vias urinarias evacuatur, & in vitri aut matulæ fundo verum pus conſpiciatur, remedia leniter diuretica *ſub Nro. 5. & 6.* exhibenda ſunt.

Urina tunc ſedule aſſervanda & perſcrutanda eſt, & ſi advertatur febrem ſenſim evaneſcere, ſedimentum purulentum in urina minui, pilulis Nro. 7. aut 8. utendum erit; ut ſic ulcus depuratum conſolidetur.

Nonnunquam in renum ſuppuratione externe in lumbis tumor apparet, cui mox cataplaſmata emollientia apponenda ſunt & ut primum pus in eo incluſum advertatur, illico aperiendus apertusque ſervandus eſt, donec partes internæ in integrum reſtitutæ ſint; attamen in hoc caſu frequenter admodum incurabiles fiſtulæ relinquuntur.

Si vero nec extrorſum verſus per cutem nec introrſum in vias urinarias vomica rumpatur, magna copia accumulatum pus totum ſæpe renem conſumit & hecticam nulla ratione medicabilem inducit. Verum ſæpe pus viam ſibi facit in partes vicinas, has arro-

dens

dens ulcera nova generat ſinusque & fiſtulas producit, quas tarda mors inter multas ſequitur erumnas. Sæpe vero crepat vomica & pus ſuum in cavum pelveos effundit, unde tandem incurabilis tympanitis aut alius non minori periculo præditus morbus exoritur.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ per ½ hor.
col. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 2.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
glycyrrh. raſæ Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ.
per ¼ hor. colatur lib. ij.
Detur uſui, ut prius.

Nro. 3.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 4.

℞. Camphoræ dr. j.
ſolv. in oleo hyoſciam. q. ſ.
dein adde:
unquent. de althea Unc. j.
m̄. d. uſui.

Nro. 5.

℞. Rad. bardan. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ¼ hor.
dein adde:
Rad. fœnicul. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ.
per ¼ hor. colatur lib. jβ.
adde:
ſyr. fumar. Unc. ijβ.
liquor. terr. foliat. tartar. dr. iij.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 6.

℞. Rad. v. aperient. aà dr. iij.
conſciſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
per ½ hor. colatur. lib. ij.
adde:
liquor. terræ foliat. tartar. dr. iij.
ſyr. fœnicul. Unc. ij.
m.

Uſus, ut prioris.

Nro. 7.

℞. Oliban.
maſtich. aâ dr. j.
ſucci liquirit. inſpiſ. Unc. ß.
terebinth.. q. ſ. f. pil. gr. iv.

Sumat omni trihorio duas ſuperbibendo vaſculum infuſi ex herba agrimon. virgæ aureæ & flor. verbaſci.

Nro. 8.

℞. Oliban.
maſtiches aâ dr. ij.
myrrh. elect. dr. j.
terebinth. q. ſ. f. pil. gr. iij.

Sumat ter de die pil. iv.

De Febre catarrhali, Arthritide & Reumatiſmo.

Quando ſubito in una aut pluribus corporis plagis tumor colore & dolore ſtipatus enaſcitur, defluxio calida ſeu CATARRHUS FEBRILIS vocari ſolet, non calens autem nec multum dolens frigida ſeu CATARRHUS NON FEBRILIS appellatur.

Catarrhi non febriles communiter diutius durant quam febriles, verum hi ſemper febrim habent comitem, unde & febris catarrhalis nomen ſuum nanciſcitur.

Si tales defluxiones artus & articulationes occupent, ibidemque dolorem lancinantem & ardentem producant, ARTHRITIS dicitur, ſi vero dolor hic in quacunque corporis plaga in parte aponevrotica muſculorum ſedem ſuam figit, RHEUMATISMI nomine inſignitur.

Diverſæ hæ denominationes in curandi negotio magnam diverſitatem non faciunt, ſiquidem cauſa fere ſit eadem; unde in rheumatiſmo eadem remedia, quæ in arthritide effectum bonum præſtant, locum habent.

In eo ſolum res conſiſtit, ut probe animadvertatur, an morbus febrem comitem habeat & acutus, an ſine febre, ſcilicet chronicus ſit?

Frigore ſubito exorto aut aëre diu nebuloſo frequenter arthritides febriles obſervantur.

In horum principio horripilatio frigus magnaque debilitas adeſt, pulſus celerior evadit, æger de cephalalgia, calore & ſiti conqueritur, multumque lotii turbidi excernit.

Poſt horas aliquot, ſæpe vero ſtatim ab initio dolorem lacerantem ſentiunt, qui vagus jam in hoc jam in illo loco percipitur; utplurimum tamen ex una in alteram articulationem migratur, nonnunquam partes thoracis infeſtans laterales vehementem pleuritidem generat.

Poſteaquam hic dolor per unum alterumve diem de loco in locum oberraverat, in una tandem aut etiam pluribus plagis fixus manet, ibique albicantem ut plurimum nonnunquam tamen calidum tenſum intenſeque dolentem tumorem producit; ſi hic eodem tempore plures articulationes infe-

ſtet,

ſtet, corpus ſæpe penitus immobile redditur, dolorque intolerabilis ſumma vehementia ſævit, dum præſertim lumbos, iſchia & humeros ſimul invadit. Verum nonnunquam magnus non obſervatur tumor, pars tamen affecta ſemper calet & ad minimum attactum valde dolet.

Hi dolores veſpertino tempore aucti ſomnum arcent, magnam inducunt inquietudinem & ſæpe deliria procreant.

Non raro obſervatur dolor jam partes externas jam internas occupare, tandemque in interioribus ſedem figere, fixumque permanere; huic nonnunquam vehemens tuſſis difficiliſque reſpiratio, ſæpe cephalalgia intolerabilis, validus ventriculi dolor una cum vomitu, dolor colicus, ſuppreſſio urinæ, dolor nephriticus &c. enaſcitur.

Periculi magnitudo varia ex affectis internis præcipue ad vitam neceſſariis partibus noſcitur.

Sæpe ſtatim ab initio figitur dolor, quin oberrari obſervatus fuerit.

Nonnunquam hic morbus ſat felicem paucos intra dies exitum ſortitur, verum ſæpius etiam valde pertinax eſt, per plures ſepti-

ſeptimanas affligit aut in morbos chronicos, conſumptionem articulorum, ſæpeque in febrim hecticam abit.

Si primus paroxyſmus vehemens non ſit & æger ſtatim initio ab omni frigore ſibi caveat, tranſpirationem per lecti teporem & lenia diophoretica potulenta promovere ſtudeat, ſpatio duorum triumve dierum ab hoc malo liberari poterit.

In levioribus his malis ſufficit æger ter de die pulverem Nro. 1. ſummere & deſuper ſemper vaſcula duo potus theati *ſub Nro. 2.* potare, ita & remedia *ſub Nro. 3. 4. 5. 6. 7.* multum proſunt.

Attamen poſthac monendus eſt æger, ut aliquo tempore omne frigus præcipue humidum, aëremque rima admiſſum vitare contendat, ſecus brevi in eundem morbum denuo incidet, eritque recidiva morbo prægreſſo pejor plerumque & pertinacior.

Quod ſi vero ſtatim in morbi principio & febris & dolor exorbitet, eadem methodo morbus tractandus eſt, uti in febre inflammatoria dictum fuit.

Hinc ſecundum ægri vires & ſymptomata venæ ſectio celebranda, copioſa de-

cocta

coɛta emollientia, reſolventia, refrigerantia, aliaque hujus generis, ut Nro. 8. 9. 10. habentur, porrigenda & partes dolentes quantum poſſibile diſcutientibus cataplaſmatibus fomentandæ ſunt, cura tamen adhiberi debet omnis, ne refrigerentur, quod nunquam impune fieret.

Si alvus ſufficienter aperta non ſit, clyſmatibus ſollicitanda eſt, aut remedia ita componi debent, ut ſimul evacuandi vim poſſideant, qualia Nro. 11. 12. 13. 14. exhibentur, aut omni tertio die purgans *ſub Nro. 15. 16. 17. 18.* propinatur.

Si urina copioſa craſſa turbida mingatur, citum ſemper & magnum adfert ſolatium, quæ vero, ſi pallida ſit & aquoſa, plerumque morbi longitudinem indicat.

Si jam dolores remittant, febris minuatur, tumor mollior evadat & laxior, purgantia toties repetere amplius neceſſe non eſt, primis tamen remediis & decoɛtis diligenter adhuc utendum erit.

Doloris vehementia veſpertino ſemper tempore auɛta, nonniſi poſt mediam noɛtem aliquomodo remittens ægros per plures noɛtes ſomno privat.

Dum

Dum poſt dies aliquot datis remediis indicatis celebratisque ſufficienter venæ ſectionibus febri moderamen inductum, procurataeque evacuationes neceſſariæ, ægro paregorica *ſub Nro. 19. 20.* porrigere licet, maturius exhibita nocivos præſtarent ſemper effectus.

Verum in hoc morbo paregorica nequaquam tempore veſpertino, uti alias fieri ſolet, propinanda ſunt, quia plerumque eo tempore & febris & dolor denuo exacerbantur, unde hæc remedia majorem adhuc calorem, inquietudinem, anxietatem cauſarent & debilitatem; ſed mane, ubi & febris & dolor deferbuit, hæc porrigenda veniunt, quibus ſumptis, ut plurimum ſuavis ſuccedit ſomnus aliquot horarum, qui ægros iterum refocillat & levat.

Si ita miteſcant dolores, ut jam pars dolens attactum leniorem perferat & ſine magno dolore moveri poſſit, bonum eſt & emollientibus cataplaſmatibus deſiſtendum; ſufficit enim pannis calidis partem afflictam ſuavi manu fricare, caloreque fovere, attamen

tamen prius recenſitis utendum eſt remediis, donec æger convaleſcat.

Si vero cunctis enarratis adhibitis dolor non ceſſaret, præter priora pulvis Nro. 21. exhibendus, aut ſi febris ſua adhuc exorbitet vehementia prioris loco id Nro. 22. ſubſtituitur, mediante quo malum ſæpe ſubito & notabiliter levatur.

Febre jamjam moderata ſolumque tumoribus laxis paſtaceis adhuc præſentibus & obtuſis remanentibus doloribus hæc reſidua mala plerumque præter lenem frictionem remedia Nro. 23. 24. 25. facile diſſipant.

Nonnunquam & dolores articulorum & febris ſubſequentibus in toto corpore miliaribus non ſine magno ægri levamine. Si tunc non aliud ſingulare accidat ſymptoma, ægrique vires perſtent, in medendi methodo nil mutandum, ſed prius enarratis potulentis mitibusque remediis procedendum eſt.

Aliquando non tantum articulationes, ſed & totum corpus, caput, ſimulque facies intumeſcunt, quo in caſu laudata hucusque medendi methodus locum habet, ſiquidem

&

& febris valida & reliqua ſymptomata adſint eadem.

Non raro obſervatur tumor ad articulationes & artus ſubito & in integrum diſparere, moxque in alio corporis loco magno elevari volumine.

Hi tumores illico, dum fluctuatio percipitur, aperiendi ſunt, ut contentus humor effluat, ne forte denuo in aliam transplantetur plagam, ubi ægrum novo & iterato vitæ periculo exponit: materies effluens communiter flava, mucoſa eſt & tenax.

Aperti hi tumores longo ſæpe tempore fluunt & nonnunquam difficulter percurantur, in principio hic fluxus impediendus non eſt, ſed vulnus ſiccis ſolum linteis carptis deligatur, elapſis aliquot diebus lintea carpta cicutæ decocto intincta imponuntur vulneri & quater de die renovantur, exinde ſenſim materiæ hujus affluxus minuitur & vulnus feliciter conſolidatur.

Quod ſi vero tumores hi ad articulationes & artus hærentes ſubito diſpareant, nec in ulla parte externa elevari cernantur, ſed æger jam cum difficultate reſpiret aut comatoſus jaceat, mala prognoſis inde ha-

habetur, & hi ægri non raro haud procul a vitæ ſuæ termino abſunt.

In quo caſu periculo pleniſſimo mox ad nucham & ſuras veſicantia ponere, clyſmata frequentia injicere & illa remedia dare oportet, quæ Nro. 5. 6. 26. recenſentur.

Ubi poſthac dolores tenſionemque in lumbis & frequentiorem mingendi conatum experiuntur ægri, bonum plerumque ſignum eſt, quia communiter urina craſſa turbida ſubſequitur, quæ magna copia mucoſum deponit ſedimentum. Si hoc cum levamine accidat, ſedule his inſiſtendum eſt remediis; ulcera a veſicantibus orta tarde conſolidanda, ſed per irritantia in fluxu conſervanda ſunt.

Si vero mucoſa aquoſa eſſet diarrhæa, hæc per lenia remedia *ſub Nro.* 11. 12. 13. promoveri debet, quod ſæpe non ſine ſummo fit ſolamine.

Nonnunquam hi ægri tuſſire incipiunt & in locum evacuationum priorum ſputum tenax mucoſum ſuccedit, atque tunc remedia Nro. 3. 27. 28. 29. 30. conveniunt.

Quod ſi autem nullæ tales evacuationes ſuccedant, brevi tempore hi ægri ſuis cedent

dent fatis, in quorum cadaveribus magna quantitas materiei aquoſæ gelatinoſæ in cavo pectoris aut capitis hærentis plerumque reperitur.

Sæpe poſt arthritidem validam longo adhuc tempore ſupereſt debilitas; de nullo quidem dolore conqueruntur ægri, ſed difficulter corpus movent, debiles & emaciati ſunt. Sub his circumſtantiis non raro tota die pulſus naturalis exploratur, veſpertino ſolum tempore febrilis cum majori calore accedente deprehenditur.

Nonnunquam tamen pulſu ſemper naturali celeriore gaudent ægri & ſitiunt, parum appetunt, continuoque calorem internum quemdam ſe percipere dicunt.

In caſu priori brevi ſæpe medela habetur a remediis Nro. 25. aut 31. adhibitis; eodem cum effectu ea, quæ Nro. 5. 6. 7. 21. 23. 24. 32. 33. 34. recenſentur, porrigi poſſunt.

In altero autem caſu remedia leniter refrigerantia & humectantia *ſub Nro. 1. 3. 4. 10.* tamdiu ſumenda ſunt, donec auctus humorum motus deferbuit & nullum æger calorem percipiat, pulſusque penitus omni

ſebre liber habeatur. Maximam utilitatem experiuntur ægri, dum omni hora aut bihorio vaſculum de remedio Nro. 35. hauſiunt, quod tum potus tum medicamenti titulo inſervit.

Febris omnis ſæpius datis his remediis penitus ceſſat, artus absque dolores mobiles evadunt, ſomnus adeſt placidus & appetitus ſufficiens, vires tamen non redeunt, his igitur ſat longo tempore remedia Nro. 36. 37. uſu veniunt.

Omnium vero citiſſime hi ægri ſanitati reſtituuntur, ubi præter laudata hæc auxilia aura favente aëre fruantur ruſticali, multaque lacte aut lacticiniis nutriantur.

Quando dolores arthritici aut rheumatici leniter & ſine febre incipiunt, æger non magnam exinde percipit moleſtiam, unde in principio tales dolores parvi penduntur negliguntur que fere ſemper tam diu, donec dolor ad ſummam pervenerit vehementiam, malumque ita fixatum ſit, ut pars affecta ſæpe immobilis reddatur & iners.

Corpora, quæ frigido aut per rimam admiſſo aëri exponuntur, quæ ſanguinem acrem tenacem ſuis in venis vehunt aut larga

ga manu vina auſtera recentia ingurgitant &c.: frequenter admodum hoc morbo affliguntur, qui nonnunquam per multas ſeptimanas, menſes, imo annos moleſtus eſt, præſertim ægris ſanitati ſuæ parum ſtudentibus morbove male pertractato.

Medicamenta ſtimulantia tam interne quam externe corpori applicata plerumque morbum exaſperant.

In hiſce doloribus rarius venæ ſectione opus eſt, niſi pulſus ſubdurus, corpusque plethoricum eandem exigere videatur.

Verum decocta Nro. 5. 6. 7. 38. magna copia & longa mora ſumenda ſunt, dolens præterea pars mane ac veſpere pannis calidis probe fricanda & poſtea emplaſtrum de ſapone ſuper imponendum eſt.

Remediis tali ratione per aliquot dies continuatis purgans *ſub Nro. 16. 17. 39. 40.* ſubjungitur.

Dolore exinde imminuto ſignum bonum eſt & iisdem pergendum alacriter remediis. Pariter ægri viribus facile ferentibus poſt dies aliquot purgans repeti poteſt, hac ratione ſæpe atrociſſimi dolores rheumatici profligantur.

In hiſce morbis remedium Nro. 41. admodum utile, ſi præſertim ægri multum de remedio Nro. 38. ſimul potent, deprehenſum fuit; non raro inde validiſſimi & pertinaciſſimi dolores Iſchiatici integre curantur, quin aliis opus ſit remediis.

Si vero hæc & cuncta alia nil profuerint, pulvis Nro. 21. locum habet, cujus doſis ſenſim multum aucta longo tempore aſſumi poteſt.

Eodem cum effectu remedia *ſub Nro. 42. 43. & 44.* adhibentur, optimeque temperamentis frigidis & mucoſis ea Nro. 45. & 46. conducunt.

Sæpe nullum omnino remedium internum juvat, ſolumque emplaſtro veſicante dolor fugatur, quod autem diu in fluxu ſervare aut ipſum veſicans renovare oportet.

Balnea emollientia præſertim vaporum in arthritide febrili ſemper magni æſtimanda ſunt, in chronica tamen, præcipue dum ægri non calidi, ſed frigidi potius & phlegmatici ſunt temperamenti, balnea ſulphurea emollientibus præferuntur merito, poſteaquam remedia præceſſere indicata.

Sæpius

Sæpius materies rheumatica partes externas deſerens ſubito ad internas deponitur & pro diverſitate partis affectæ diverſi quoque periculo pleni morbi generantur; ſi poſt talem depoſitionem dolor vehemens cum calore magno continuaque febre exoriatur, æger, ac ſi febri inflammatoria decumberet, tractandus eſt.

Si vero nec febris nec dolor exorbitet remedia Nro. 3. 4. 5. 6. 7. deſcripta ſufficiunt, ut humores depoſiti attenuenter, reſolvantur, redditique fluidiores per lenem tranſpirationem aut urinam de corpore eliminetur. Præterea ægro ſæpius clyſma emolliens applicandum eſt, in primis, ſi alvus non ſatis aperta ſit; ad plagam vero, in qua antea dolor reſidebat, irritans cataplaſma Nro. 47. aut emplaſtrum veſicans apponatur. Hac methodo ut plurimum materies retrogreſſa locum relictum denuo petit.

Si ſudor pertinaciter in quadam articulatione fixus hæreat, ſæpe incurabilis aut diuturna partis illius immobilitas enaſcitur.

Nonnunquam materies rheumatica ipſa oſſa cariem illis inducendo deſtruit.

Quare hic morbus, etſi levis videatur, negligi nunquam debet, illis præcipue res cordi ſit, qui alioquin ſanguinem acrimonia ſcatentem gerunt.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Lapid. cancror. gr. xv.
nitr. pur. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 2.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 3.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 4.

Nro. 4.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. jß.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinq. adhuc in ferv. infuſ. p. ¼ hor.
colatur lib. ij. d. uſui.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 5.

℞. Rad. bardan. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
rad. fænicul. Unc. j.
relinque adhuc in fervida infuſ. per ¼ hor. colatur. lib. jß. adde.
ſyrup. fumar. Unc. ijß.
liq. terr. fol. tart. dr. iij.
m̄. d. uſus ut prioris.

Nro. 6.

℞. Rad. 5. aperient. âa dr. iij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. ij. adde:
liq. terr. fol. tart. dr. ij.
ſyr. fœnicul. Unc. ij.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 7.

Nro. 7.

℞. Rad. bardan. Unc. vj.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 8.

℞. Hord. crudi Unc. iij.
aq. pur. lib. jv.
coq. per ½ hor. dein adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. vel Mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 9.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
— acetoſæ Unc. β.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per
½ hor. col. lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſ. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 10.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 11.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 12.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.

Sumat ter vel quater de die cochlear unum.

Nro. 13.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ
per ¼ hor. colatur. lib. jß.
adde:
nitr. pur. dr. j.
mann. elect. Unc. jß.
Syrup. Berberum. Unc. j.
m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 14.

Nro. 14.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
col. lib. jß. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 15.

℞. Cremor. tartar.
arcan. dupl. âa gr. xxx.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 16.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
aq. laxativ. D. V. Unc. iij.
m̄. f. pro unico hauſtu.

Nro. 17.

℞. Fol. ſennæ Unc. ß.
Mann. elect. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. miſta infunde in aq. fer-
vid. Unc. vj.
relinque vaſe clauſo per ½ hor. col.
dein exhibe p. hauſtu.

Nro. 18.

Nro. 18.

℞. Cremor. tartar. dr. j.
f. pulv. detur omni hora donec ſufficienter purgetur.

Nro. 19.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
ſiat emulſio, colatur lib. j. adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vaſculum.

Nro. 20.

℞. Nitr. pur. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. fl. Tiliæ Unc. vj.
m̄.
Sumat omni hora cochlear. duo.

Nro. 21.

℞. Extract. aconit. gr. ß. vel j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſ.
Sumat bis vel ter de die unum.

Nro. 22.

℞. Extr. aconit. gr. ß. vel j.
nitr. pur. gr. x.
lapid. cancror. gr. xx.
m̄. f. pulv. tenuiſſ.
Uſus, ut prioris.

Nro. 23.

℞. Rad. Valerian. ſylveſt. dr. ij.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
vaſe clauſo per ½ hor.
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. cort. aurant. Unc. jß.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 24.

℞. Syr. fumar. Unc. ijß.
aq. cochlear. Unc. ij.
— flor. ſambuc. Unc. vij.
liq. terr. fol. tartar. dr. jß.

m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. duo

Nro. 25.

℞. Conſervæ fumariæ
—— Naſturt. aquat. áa Unc. jß.
ſal. polychreſt. dr. iij.

m̄.

Sumat omni bi-vel trihorio parv. cochlear.

Nro. 26.

℞. Lapid. cancror.
aceti colchic. âa dr. iij.
ſyr. altheæ Unc. jß.
aq. fænicul. Unc. vij.
liq. terr. fol. tart. dr. ij.
ſpir. nitr. dulc. gtt. xx.

m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 27.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaphor. non ablut. aâ dr. j.
oximel. ſimpl.
ſyr. flor. rhæad. aâ Unc. jß.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.

m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 28.

℞. Nitr. pur. dr. ß.
ſtib. diaphor. non ablut. dr. jß.
oximel. ſcillitic. Unc. ij.
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
aq. fænicul. Unc. viij.

m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 29.

Nro. 29.

℞. Kermes mineral. gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſ.
Sumat omni bi - vel trihorio talem.

Nro. 30.

℞. Gummi ammon. vitel. ovor. ſubact. dr. ij.
Sal. polychreſt. dr. ß.
oximel. ſcillit. Unc. ij.
aq. fænicul. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 31.

℞. Rad. fænicul.
— Aſparagi
— Petroſelini
glycyrrh. âa Unc. j.
conſciſſ. miſt. d. uſui.

Nro. 32.

℞. Herbæ flammulæ Jovis
glycyrrh. aâ Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 33.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac.
extract. cicutæ aâ dr. j.
maſſ. pilul. Ruff. dr. ß.
elixir. proprietat. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 34.

℞. Extract. arnic. dr. ij.
aq. fænicul. Unc. vij.
ſyr. menth. Unc. ij.
m̄.
Súmat omni trihorio duo cochlear.

Nro. 35.

℞. Seri lactis
vel lact. ebutyrat. q. v.
d. pro potu.

Nro. 36.

℞. Pulv. cort. peruv. Unc. ß.
Conſerv. ſalv. Unc. jß.
ſyr. ſalv. q. S. f. elect.
Sumat omni bihorio parv. cochlear.

Nro. 37.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jß.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. per hor.
colatur lib. ß. adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. âa Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 38.

℞. Sumitatum centaur. minor.
fol. cardui benedict.
flor. chamomil. âa M. j.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 39.

℞. Cremor. tartar. gr. xx.
Rad. jalappæ ſcrup. ij.
m̄. f. pulv. pro doſi.

Nro. 40.

℞. Rhei electi
ſal. polychreſt. âa ſcrup. ij.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 41.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
pulv. rad. jalapp. dr. jß.
conſerv. fumariæ
— Naſturt. aquat. aâ Unc. jß.
ſyr. rad. 5. aperient. q. ſ.
m̄. f. conſerva
Sumat omni trihorio parv. cochlear.

Nro. 42.

℞. Extract. cicut. Unc. ß.
maſſ. pilul. extr. cathol. dr. j.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die pilul. tres.

Nro. 43.

℞. Sapon. venet.
extr. cicut. aâ Unc. ß.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Uſus ut priorum.

Nro. 44.

℞. Sapon. Veneti
Extract. cicutæ aâ Unc. ß.
Pulv. rhei elect. dr. ij.
ſyr. fumar. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.
Uſus ut priorum.

Nro. 45.

℞. Rad. gratiolæ dr. ij.
conſciſſ. infund. in ſ. q. vini per hor.
colatur lib. j. exhibe
Sumat omni bihorio uncias duas.

Nro. 46.

℞. Pulv. rad. gratiolæ dr. ß.
d. pro doſi.

Nro. 47.

℞. Ferment. panis albi lib. j.
ſal. commun.
farin. ſemin. ſinapi âa Unc. j.
aceti q. ſ. ut fiat paſta
d. uſui.

De Variolis.

Infantes utplurimum & juvenes variolis laborant, attamen & adulti & ſeniculi nondum affecti variolis ab illis liberi non ſunt.

Hic

Hic morbus ſæpe inopinanter graſſatur, ingentem numerum infeſtat, & non raro in pluribus ſimul regionibus debachatur.

Nonnunquam vero ſporadice ſolum decurrunt variolæ.

Sunt quoque ſubinde malignæ, quæ multos trucidant; ſæpe vero benignæ habentur, ut vix ullus affectorum fatis cedat.

Variolæ miti debitoque decurrentes ordine, nec violentis malisve aut periculoſis ſtipatæ ſymptomatibus communiter benignæ vocantur.

Malignæ vero dicuntur, quæ debitum ordinem non ſervant, ſymptomata mala & periculo plena concomitantia habent, maximumque hiſce decumbentium numerum enecant.

Variolarum malignitas minime dependet a diverſitate anni temporis, ſiquidem omni tempore & bonæ & malæ obſerventur variolæ.

Subita tamen temporis mutatio aut mala hujus indoles omni anni tempore variolas malignas generare valet; utplurimum vero malignæ evadunt præcipue ſporadicæ, ſi acrimonia interna aut alia cauſa maligna

in corpore latitet, aut quod non minus frequenter accidit, dum ſat imprudenter calido tractantur regimine, aut alia inepta adhibentur remedia.

Verum variolæ ſive benignæ ſive malignæ contagioſæ ſemper ſunt, contagiumque non ſolum per attactum, ſed & ope aëris communicatur.

Si morbus hic ordine conſueto decurrat, plerumque cum horrore incipit, cui calor ſuccedit nonnunquam continuans, nonnunquam remittens, aut calor & frigus continuo ſe invicem excipiunt. Veſpere vero ſemper calor vehementior magisque continuus obſervatur. Pulſus naturali celerior eſt, ægri de dedolatione, oppreſſione ad ſcrobiculum cordis, dolore capitis, dorſi, lumborum & artuum conqueruntur, ſitis adeſt, nec non nauſea & vomitus, continuo ſomnolentia, inquietudo & anxietas illos excruciat, lingua albo obducta eſt muco, urina rubra aut flammea mingitur, oculi ſcintillant aut rubent.

Symptomata hæc plerumque ad finem tertii aut initium quarti diei perſiſtunt, dein in facie, collo & nonnunquam in pectore

pun-

punċta apparent aliquomodo elevata, parva, rubra, quibus apparentibus priora ſymptomata miteſcunt, dumque hæc multum remiſerunt, febris ipſa ceſſat. Senſim & in extremitatibus ſimilia punċta erumpunt, tandemque per totam corporis ſuperficiem omni jam varioloſo miaſmate ad peripheriam corporis deduċto prius enarrata ſymptomata prorſus evaneſcunt.

Punċta hæc rubra lente eodemque ordine, quo erupere, elevantur, & variolarum nanciſcuntur figuram, quæ in margine ſuo circulum rubrum gerunt, cutis interpoſita tenditur, rubet, & non raro dolet.

Ad finem ſexti aut initium ſeptimi diei variolæ in ſuppurationem tendunt, tunc ut plurimum febris novum capit incrementum, æger de majori calore, de ſomno inquieto, de ſiti, & dolore tenſivo in omni plaga variolis obſeſſa conqueritur, facies & totum caput haud raro tantopere intumeſcunt, ut ipſæ oculorum palpebræ non raro præ tumore occludantur. Subjeċta majoris ætatis plerumque circa hoc tempus ptyaliſmo laborant.

Grandeſcunt tandem variolæ, elevantur, & pure flavo replentur, decimo aut undecimo die in facie partibusque ſuperioribus plerumque terminatur ſuppuratio. Febris nunc denuo una cum tumore harum partium & tenſione cutis remittit, flacceſcunt tandem variolæ, & ſiccari incipiunt, tuncque in benignis & regulariter decurrentibus omne fere periculum ſuperatum eſt.

Tenſio & tumor in partibus ſuperioribus minuta in manibus & paulo poſt in pedibus augentur, ordine eodem ſuppurantur variolæ, & flacceſcunt; nonnunquam in partibus inferioribus adhuc totæ recentes ſunt, dum in facie jam exſiccatæ habentur.

Suppuratione facta ipſa febris ſuppuratoria terminatur.

Prout tumor in facie & partibus ſuperioribus minuitur, eadem ratione ptyaliſmus in adultis diſparet.

Exſiccatio variolarum plerumque die decimo quarto, decimo ſexto, decimo octavo, aut ubi variolæ copioſæ ſunt, tardiſſime die vigeſimo contingit, ſicque ordine debi-

debito ad integrum ſuum terminum hic morbus pervenit.

In variolis quatuor diverſa numerantur ſtadia:

Stadium primum cum ipſius morbi principio inchoans plerumque in quartum uſque diem perdurat; febris adeſt continua per miaſma varioloſum incenſa, ideoque febris varioloſæ aut contagioſæ nomine veniens.

Secundum ſtadium eruptioni variolarum ſuccedit & in ſextum aut omnium longiſſime in ſeptimum uſque excurrit diem; hoc durante ſtadio æger ſat commode ſe habet, febre caret, & hoc ſtadium eruptionis eſt.

Hoc finito ſequitur tandem variolarum ſuppuratio, ſive ſtadium tertium initium ſumit, & decimo aut undecimo die, aut ſi admodum tarde in benignis die duodecimo terminatur, in malignis vero ſæpe ad decimum quartum excurrit; in hoc ſtadio communiter pulſus exploratur febrilis, unde febris hæc ſuppuratoria & ſecundaria appellatur.

Poſtremo exſiccatio ſequitur, quæ quartum ſtadium abſolvit.

In

In omni ſtadio varia ſæpe exoriuntur ſymptomata, quorum alia periculum minuunt, alia augent, conſequenter bona & mala, periculoſa imo lethalia ſigna producunt.

Quo mitius fuerit morbi principium, quo minus durante ſtadio primo æger moleſtetur, præcipue dum viribus gaudet, & hilaris eſt, eo facilior futura eſt variolarum eruptio, hinc & reliquus morbi decurſus minus vehemens evadet.

Sæpe morbus hic tam mitis decurrit, ut ægri primis diebus leves ſolum & vagas horripilationes nec magnum calorem ſentiant, aliquantum minori gaudeant appetitu, & de miti non tamen continuo dolore capitis, dorſi & artuum conquerantur, pulſu tunc vix naturali celeriore, nec ſitim nec magnam percipiant dedolationem, quarto die hinc inde in corpore pauca rubra conſpiciuntur punctula ægro interim ſe ſat bene habente, nonnunquam poſtea numerus horum punctulorum augetur, nonnunquam vero pro maxima parte die ſequenti diſparent, & pauca reliqua pulchre elevantur, jam ſeptimo aut octavo die pus optimæ no-

tæ

tæ continent, & undecimo aut duodecimo perfecte exſiccata deprehenduntur.

Hæc variolarum ſpecies omnium optima eſt.

Si vero morbus mox valida cum horripilatione diuque perſtante frigore incipiat, & continuo ſuccedat calor & vehemens; ſi æger de intolerabili capitis, lumborum & artuum dolore, de immani dedolatione, de ingentibus & perſtantibus conqueratur anxietatibus, ſæpius & magna cum difficultate vomat, delirare incipiat, reſpiret difficulter, ſi pulſus admodum celer habeatur, plenus, durus & inæqualis, magnum hic morbus periculum portendit, & ægri copioſiſſimas plerumque & non raro confluentes nanciſcuntur variolas.

Aſt majus adhuc periculum imminet, ubi æger mox in principio omnes amittit vires, non tamen de ulla conqueratur moleſtia, ſed profundæ immerſus meditationi omnia indifferenti animo perferat, facies pallido aut terræ æmulo colore deturpata ſit, ſi pulſus celer admodum parvus & debilis aut nimium tardus deprehendatur, ſi cutis tota laxa & ſudore tenaci, glutinoſo, mu-

mucoſo madida appareat, ſique frequentiores vomendi conatus æger experiatur, non tamen ſufficientes ad vomitum exequendum vires poſſideat; peſſima, inquam, hæc ſigna ſunt, quæ variolas malignas & ut plurimum lethales præſagiunt.

In omni variolarum ſpecie non raro præſente febre contagii mox ab initio angina ſuboritur, ſed in benignis eruptione inchoante frequentiſſime iterum evaneſcit.

Nunquam ante finem tertii diei aut ſub quarti initium variolæ erumpere deberent.

In infantibus ſæpe nonnunquam, etiam in juvenibus appropinquante variolarum eruptione validi tendinum ſubſultus, ſpaſmi, & convulſiones enaſcuntur, quæ benignas ſæpe variolas prædicunt, ſed ut primum variolis viſibilibus redditis ſpaſticæ tales contractiones ceſſare debent; nam his continuantibus copioſarum ſemper aut etiam malignarum variolarum eruptio eſt prædicenda.

Quando in eruptionis ſtadio punctula illa rubra ſolitaria prodeunt, ſenſimque numero augentur, læto colore rubent, & febris

bris cum reliquis ſymptomatibus remittit, aut penitus ceſſat, multa bona ſperare licet, & in tali caſu æger non ſolum moderatum ſemper habebit variolarum numerum, ſed & hæ benignæ erunt, niſi ſpecialis aliqua & ignota forte acrimonia in corpore latitaret, quæ hac occaſione evoluta benignas etiam variolas in malignas convertere valeret.

Si poſt eruptionem procul a ſe invicem diſtent variolæ, & lento pede æquabiliter ſe elevent, color illaram læte ruber perſtet, cutisque tendatur interpoſita, rubeat ea, caleat, doleatque, bonas naturæ vires, variolasque futuras eſſe benignas indicatur, dum præſertim caput, collum, pectus nihil moleſti experiuntur.

Bonis hiſce ſignis felix ſemper eventus ſperari poteſt numeroſis etſi præſentibus variolis, dummodo ſibi invicem non accumbant, aut multæ & quidem plurimæ plane confluant; confluentes enim in ſuo progreſſu ſemper moleſtiores & periculoſiores evadunt, quamvis morbi principium & eruptionis ſtadium mite ſatis & benignum fuiſſet.

Dum

Dum variolæ ſtatuto tempore erumpere incipiunt, & ſymptomata exinde non levantur, ſed pulſus celerior, parvus & debilis reddatur, præſentium papillarum color profunde rubeat, æger deliret, aut continuo ſomnolentus jaceat, difficulter admodum & anxie reſpiret, deglutiat cum moleſtia & vehementer ſudet, ſi jam plures, jam pauciores tales papillæ ſine notabili tamen levamine in conſpectum veniant, malum omen eſt, quia vel naturæ vires jam ſubcumbunt, nec ad materiem varioloſam corporis peripheriam verſus expellendam ſufficiunt vel materies hæc tanta acrimonia & malignitate prædita eſt, ut ſanguinem diſſolverit, aut tam intricatam cum eo conſtituerit miſcelam, ut nulla ratione exinde evolvi poſſit.

Sæpe primum & ſecundum ſtadium bene & regulariter abſolvitur, variolæ ſtatuto tempore feliciter erumpunt, cuncta remittunt ſymptomata, vires bonæ perſtant, & merito omni ex parte felicis eventus ſpes affulget; ſed dum ſuppurationis ſtadium inchoat, & variolæ impleri deberent, abs qu ulla cauſa cognita ſubito dejiciuntur vires

papil-

papillæ antea læte rubentes nunc pallent, aut profunde rubrum colorem induunt, collabuntur imo penitus, & in medio foveam purpuream nigramve formant. Hoc in caſu ſummo in periculo verſatur æger, præcipue ſi ſimul ptyaliſmus præſens minuatur, & inquietudo, ſpaſmi, delirium laborioſaque ſubſequatur reſpiratio.

Si vero reſpiratio adeo laborioſa non ſit, & ptyaliſmus augeatur, manus pedesque multum intumeſcant, aut mucoſa & puriformis ſuboriatur diarrhæa, aut urina in magna copia mucoſum, puriforme ſedimentum deponat, pulſus denuo increſcat, menteque conſtet æger, nequaquam ſpes abjicienda eſt omnis.

Morbi principio vehementi, variolæ ſecundo jam die magno numero in cutis ſuperficie apparentes nequaquam vero aut ſaltem non notabiliter elevatæ, colorem & figuram malæ notæ præſeferentes, ut plurimum cenſentur lethales. Nonnunquam quarto jam morbi die ægri fatis cedunt, aliquando ſeptimo, raro, & nonniſi ſumma cum cura & labore in undecimum uſque

aut

aut in finem decimi tertii ſervantur, rariſſime vero tam felix exiſtit, qui talem ægrum ſanitati reſtituat.

Variolis ſuppurarè incipientibus & febri moderata præſente, papilla qualibet ſenſim pure bono flavo repleta, circulo in omni variola læte rubente & tenſo permanente partibusque interim internis liberis bono in ſtatu verſatur æger.

Quod ſi vero febris valida ſit, variolæ non flaveſcant, ſed materia acri, fuſca aut rubicunda repletæ ſint, ſtatus longe periculoſior eſt, etſi reliquæ circumſtantiæ bonæ videantur. Etenim acris hæc materies vicinas ſæpe arrodit partes, febrem accendit, inquietudinem, anxietates & ſpaſticas cauſat contractiones, unde non raro mala incurabilia generantur, aut materies hæc ad ſanguinem deponitur, partes internas inficit, & nonnunquam ſubitam mortem adfert. Vel hæc materies ad diverſas partes externas delata ut plurimum per omne reliquum vitæ tempus miſerrimam mortalibus his procurat ſortem, præſertim dum oculos, aures, os aut articulos infeſtat.

Vario-

Variolæ diſcretæ debito maturatæ ordine crepant, ex quibus pus lente tranſudat, quod ſenſim indureſcens cruſtam format, quæ tandem exſiccata decidit maculam relinquens rubentem.

Si vero in diſcretis etiam materies blanda & ſpiſſa non fuerit, ſed tenuis, ichoroſa & acris profunde ſerpit, rodit, tardeque cum fovea aut cicatrice remanente exſiccatur.

Variolæ cohærentes, ſi naturæ benignæ, ſæpe miti hac methodo terminantur, confluentes vero admodum raro.

Nonnunquam in cohærentibus & ſemper fere in confluentibus variolis contingit, ut ad finem ſuppurationis & exſiccationis initium cruſta denſa fuſca aut nigreſcens naſcatur, quæ ſæpe non ſolum faciem, ſed totum corpus, maximam ſaltem ejus partem obducit, atque ſic tranſpirationem inſenſibilem & materiæ aut acrimoniæ intus contentæ effluxum impedit; unde partes ſubjacentes irritantur, & exulcerantur, materies hæc acris vaſis bibulis reſorpta reliquæ ſanguinis maſſæ miſcetur; ſæpe tunc iterato febris accenditur valida, nonnun-

quam totius ſanguinis corruptela procuratur, aut diverſa & admodum vehementia pro diverſitate partium, quas acris hæc materies invadet, periculoſa exſurgunt ſymptomata.

Idcirco æger non raro in ultimo hoc ſtadio, ubi jam liber eſſe & ſaneſcere deberet, denuo in ſummum vitæ periculum conjicitur.

Unde clare patet, ſiquidem variolæ valde differant, & in quolibet ſtadio diverſa & periculoſiſſima ſæpe exoriantur ſymptomata, methodum eas percurandi univerſalem non dari, ſed curam ſecundum ſymptomata inſtitui debere.

In omni variolarum ſpecie bene conſideranda ſolliciteque examinanda præcipue ſunt ſequentia, primo: an ægri corpus bene conſtitutum ſufficientibus viribus polleat? ſecundo; an ſymptomata & febris regularia & morbo proportionata, an vero anomala, nimis vehementia ſint & plena periculo? tertio: utrum vires per totum morbi decurſum conſtantes ſint; vel an durante morbo ſubito deficiant, variolæque apparenter benignæ in malignas mutentur? quar-

quarto: an vires vitales ſtatim a principio morbi debiles admodum, atque an mox maligna apparuerint ſymptomata? quinto an variolæ epidemice graſſentur vel ſporadice? ſexto: an, ſi epidemicæ fuerint, peculiaria inconſueta habeant concomitantia ſymptomata? ſeptimo: quænam cura uunc inſtituenda ſit?

Febris varioloſa ſeu contagii revera febris fermentans eſt, & quemadmodum omnis fermentatio certum tempus poſtulat, quo finem ſuum conſequatur, & quod inutile ſeparetur, ita quoque in variolis regularibus tempus certum ſtatutum requiritur, ut miaſma varioloſum, concoctum, evolutum ad corporis poſtea ducatur peripheriam, ſimulque ſanguis ita permutetur, ut nunquam amplius ſimili miaſmate infici aut ad febrilem ſimilem efferveſcentiam varioloſamque fermentationem deduci queat.

Hinc nil pejus inveniri poteſt, quam dum mox in principio febris varioloſæ per regimen calidum, aut calida ſtimulantia remedia eruptio ante tempus accellerari & ſecundum vulgarem ſententiam venenum de corpore expelli tentatur.

Nocivus ille & genus humanum profligans error antiquis temporibus tam apud quosdam medicos quam plebem altiſſimas ut plurimum fixerat radices. Ab eo autem tempore, a quo ad melius perſpicaciusque cognoſcendum naturæ curſum indagandamque genuinam morbi indolem diligentes naturæ ſcrutatores nullum non movere lapidem, a quo variolarum inſitio per convincentia demonſtrat exempla tum regimen calidum, tum calida nocere remedia, aërem vero liberum unicum tutiſſimum optimumque haberi remedium, error ille apud medicos & plebejos adeo exolevit, ut hoc erudito ſæculo noſtro pauci admodum inveniantur, qui inſanæ huic ſectæ adhuc adhæreant.

Ex prius recenſitis ſignis ut plurimum cognoſcetur, an æger morbo varioloſo ſit decubiturus? an hæ variolæ benignæ aut malignæ futuræ ſint?

Stadium primum ſeu contagii tanquam febris continua conſideranda nec aliter tractanda eſt.

Si ergo febris non adeo vehemens nec plethoricus habeatur æger, reliquaque ſymptoma-

promata benigna ſint, requiretur ſolum, ut larga manu decocta attenuantia, emollientia leniterque refrigerantia aut ſimilia *ſub Nro. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.* remedia æger aſſumat. Alvus, ſi opus per clyſmata emollientia ſollicitari poteſt; ſi dolor capitis vehemens diu continuaret, epiſpaſticum ad plantas pedum, nec non pediluvium mane ac veſperi tamdiu, donec variolæ omnino eruperint, uſurpandum eſt.

Dum autem advertitur ægrum ex prægreſſa mala diæta ventriculum oppletum habere, conſequenter cruda adhuc in primis latere viis, pro ratione indicationis emetico aut purgante *ſub Nro. 3. 9. 10. 11. 12. 13.* e corpora eliminanda erunt. Nihil ab his evacuationibus metuendum eſt, quamprimum ſaburræ præſentis ſigna adfuerint manifeſta, imo magnum ægro damnum adferret, & fortaſſe variolas malæ notæ cauſaret, qui ſimile quid initio negligeret.

Quod ſi vero valida adſit febris & calor, pulſus exploretur ſubdurus aut ex plethora ſuppreſſus, ſemel & pro neceſſitate ſæpius vena ſecanda eſt; præterea decocta attenuantia, refrigerantia leniterque eva-

cuantia Nro. 14. 15. 16. locum habent, his & ſimilibus inſiſtendum, donec febris ad moderamen reducta fuerit, poſtea vero, ut antea dictum, procedendum eſt.

Admodum tamen frequenter nec venæſectione, nec pro maxima parte remediis refrigerantibus opus eſt, dum æger continuo extra lectum levibus ſolum tectus veſtimentis in aëre libero verſetur.

Incredibile videtur cuique niſi experientia edocto, quantum & quam celere levamen varioloſis per aërem liberum adfertur. Nam intra breve tempus cuncta remittunt ſymptomata, æger animi corporisque virium percipit incrementum, & febris vehementia non raro ſola hac ex ratione inter conſuetos coercetur limites.

Tuto defendi poteſt aërem liberum & purum unicum eſſe arcanum inoculationis tutiſſimumque contra variolas antidotum.

Dum debite erumpunt variolæ & ſymptomata minuuntur, remediis attenuantibus prius enarratis continuare oportet, non minus hæc proſunt, dum febris ſuppuratoria advenit, & ſuis proportionata habetur circumſtantiis, neque ulla accedunt anomala ſym-

ſymptomata curam peculiarem poſtulantia; ergo iisdem continuetur, donec penitus morbus receſſerit, medicamentis.

Si vero febris ſuppuratoria exorbitaret, pulſus plenus haberetur & tenſus, calor magnus, reſpiratio impedita & caput laboraret, non minus in hoc ſtadio venam ſecare convenit & per priora præcipue refrigerantia & evacuantia remedia ſymptomata mitiganda ſunt, nec non per pediluvia, ſinapiſmos & ſimilia impetus ſanguinis ad ſuperiora tentanda revulſio.

Aſt ſæpiſſime hæe adeo vehementia & periculoſa ſymptomata impediri poſſunt, dum ægri, ut antea dictum, plurimo tempore extra lectum in aëre libero retineantur, ſimulque moderatum corporis inſtituant exercitium, atque per diem a ſomno impediti noctes quietiores, refocillantes agunt.

Vanus eſt metus eruptionem ab aëre libero inhiberi, retardari, potius per hunc eruptionem promoveri, facilitari debitoque in ordine conſervari omnis experientia multiplex nos edocet.

In ſuppurationis ſtadio cuncta ſymptomata ſub aëre libero leviora fiunt, raro aut nunquam in benignis aliquid mali portendunt, citius hinc maturatio abſolvitur & exſiccatio.

His omnibus penſitatis quisque convincitur regimen calidum, aërem incluſum non renovatum, verbo, non liberum, exhibita remedia calida, ſtimulantia variolas malignas generare & periculo plenas.

Accidit nonnunquam, ut ob iram ſubitam, terrorem, gaudium aut alium validum animi affectum, ob errorem ægri adſtantiumve benignæ etiam variolæ retrocedant, concidant, & ſæpe penitus diſpareant, unde ægro ſummum inſtat vitæ periculum.

Nec in hoc caſu calide nimis ægri tractandi ſunt, nec per remedia calida ſtimulantia retrogreſſarum variolarum tentanda eſt expulſio, ſed aër liber his procuretur, & decocta adminiſtrentur attenuantia; his non raro notabile levamen adfertur, evanidæ revertuntur variolæ, elevatæque conſpiciuntur rurſus.

Si vero hæc non ſufficerent, & febris valida adverteretur una cum pulſu ſubduro continuante, inſtituenda ſimul eſt venæſectio, & corpus per enemata evacuandum.

Quod ſi vero ex oppletione ventriculi per aſſumpta indigeſtibilia variolæ fuerint retrogreſſæ, emeticum aut purgans propinare optimum eſt, dum præſertim de ventriculi oppreſſione aut aliis moleſtiis æger conqueratur aut continuum conatum ad vomitum experiatur.

Nec, qui in ſuppurationis ſtadio ptyaliſmo laborant, & ſæpe ſat magna cum moleſtia deglutiunt, nec illis inquam ulla ratione aër purus & moderatus nocivus eſt, quin imo multum exinde levantur, refocillantur, ſubitam ſolum refrigerationem, frigus nimium & aërem per rimam admiſſum vitare oportet.

Non raro ſaliva effluens adeo glutinoſa & tenax eſt, ut magno ſolum cum labore ex ore exſpuatur; in hoc caſu ſæpius os remedio Nro. 17. eluatur, aut idem injiciatur, dum vero acrimonia ſalivæ varias oris plagas arrodit, aut ſi parva dolentia in ore obſer-

obſerventur ulcuſcula aut variolæ, remedium Nro. 18. in uſum trahendum erit.

Nonnunquam omnes oris partes in collum uſque cruſta dura, craſſa obducuntur, ipſæ nares ſimili materie obdurantur, unde non raro deglutionis & reſpirationis vitium adeſt; in hoc caſu æger continuo decoctum emolliens aut aquam tepidam ore teneat, aut horum vaporem naribus & ore admittat, ut ſic tenax hæc cruſta emollita ſeparetur.

Tam in variolis diſcretis quam in cohærentibus & confluentibus ſtadium quartum ſeu exſiccationis ut plurimum feliciter terminari obſervatur, dum varioloſus extra lectum in aëre libero verſatur. Admodum raro tunc depoſitiones ſive ad partes internas, ſive externas contingunt, & ſi quidem febris denuo naſceretur, nonnunquam tam vehemens tamque periculoſa erit, ac dum æger aëre libero carens continuo in lecto ſepultus decumbit.

Si tamen contingeret, ut ſub exſiccatione variolarum denuo febris accenderetur vehemens, & aliqua interna aut externa animadverteretur diſpoſitio, hoc quoque tem-

tempore ſecundum ægri vires inſtituenda venæſectio, ejusdemque pro neceſſitate repetitio facienda. Poſthac omni ſecundo aut tertio die æger purgans *ſub Nro. 9. 10.* ſumat & multum remediis *ſub Nro. 4. 5. 6. 7. 19. 20. 21.* utatur, ut alvus ſemper aperta ſervetur remedia Nro. 14. 22. 23. 24. aut ſimilia clyſmata proſunt: cuncta denique ita erunt ordinanda, ac ſi de novo febris exorta fuiſſet inflammatoria.

Si caput & pectus multum afficiantur, ſi deliria & nervorum accedant ſubſultus, epiſpaſtica irritantia ad plantas pedum aut veſicantia ad ſuras etiam ad brachia applicentur, quæ diu poſtea in fluxu teneantur, ut ſic omnis materies acris & purulenta a ſanguine ſeparata effluat.

Si exſiccatarum variolarum cruſtæ valde duræ ſint, per balnea & cataplaſmata emollientia emoliri & ſeparari debent; reliquæ vero nondum, exſiccatæ ſollicite aperiendæ ſunt, lenique manu pus exprimendum, ut ſic ulterior acrimoniæ in ſanguinem impediatur tranſitus.

Verum cuncta hæc auxilia parum ſæpe proſunt, dum ægro refrigerium aëris liberi

dene-

denegatur, quare & hoc tempore, ſi fieri poſſit, aëri libero exponatur.

Febri exinde remittente, anxietatibus internis imminutis, capite & pectore liberis magis redditis multa futuræ ſanitatis ſpes affulget; ſi vero nihil levaminis obſervetur, quin mala potius augeantur ſymptomata, mors utplurimum ſubſequitur.

Sæpe ad finem febris debiles admodum redduntur ægri, quibus remedia Nro. 25. 26. 27. optime conducunt.

Nonnunquam præſente hac febre urina magna copia puriforme deponit ſedimentum, quod denotat naturam ſua materia variolosa per has vias liberare velle, cui igitur per lenia diuretica Nro. 28. 29. 30. 31. ſuccurrendum erit.

Dum æger tuſſit, & expectorare incipit, remedia Nro. 6. 32. 33. 34. laudata indicantur.

Hac methodo refrigerante, attenuante variolæ pertractantur, quando ſanguis habetur ad inflammationem pronus, vires naturales bonæ ſunt, nec ullum malignitatis, gangrænæ, putredinis aut ſanguinis diſſoluti ſignum adeſt, poſitis his circumſtantiis, vi-

ri-

ribus vitæ ſimul cooperantibus non difficulter medela adfertur.

Aſt in caſu virium vitalium penitus collapſarum, præſente ſanguine diſſoluto non raro putrido ſæpiſſime oleum & operam perdidimus.

Nihilominus haud pauca verſantur in cauta disjudicandi ratione, inque judicio exercitato, ut mox in ſuis cunabulis malum & procul adhuc diſtans cognoſcatur periculum, & per efficaciſſima remedia avertatur.

Hinc triſtes illi exiſtunt caſus, in quibus nihil omnino boni natura molitur, ubi ſalus tota in recto judicio & multiplici experientia verſatur, & nullum præjudicium locum ſibi vendicat; ita ſæpius adhuc morbo adeo maligno, in quo vix ulla jam ſpes ſupereſſe videtur, medela adhibetur feliciter.

Neceſſum quidem habetur omnem morbi decurſum diverſaque ejus ſtadia & mutationes obvenientes perfecte cognoſcere, nunquam tamen in ordinem conſuetum omnis fiducia collocanda eſt, ſed in morbo quocunque in variolis præcipue & aliis

mor-

morbis malignis ſemper naturæ vires & ſymptomata in conſiderationem ducenda ſunt, & ſecundum eorum genium cura quoque inſtituenda venit.

Si jam in variolis, in quibus bonæ initio vires aderant, advertatur eas ſubito ſuccumbere ita quidem, ut morbo ferendo pares non ſint, mox remediis refrigerantibus valedicendum eſt, eaque adminiſtranda, quæ vires naturæ reſuſcitant & confirmant nulla cujuscunque ſtadii habita ratione.

Si igitur illo tempore, quo variolarum præſtolatur eruptio, pulſus valde debilis, parvus, inæqualis & mollis obveniat, æger deliret, aut de premente anxietate conqueratur, nonnullæ hinc inde multum pallentes appareant variolæ brevi iterum diſparentes, cutis toto corpore laxa tangatur, & extrema frigeſcant, remedia leniter roborantia Nro. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. exhibenda ſunt, nunquam vero intra lectum magno æger calore tractetur, ſed aërem liberum hauriat, & quantum poſſibile lectum & cubile deſerat.

Non

Non raro hiſce variolæ ſenſim in integrum redeunt, pulſus elevatur, & virium incrementum æger percipit, his ſignis præſentibus illis rurſus ſepoſitis remediis ſolum leniter attenuantia porriguntur, omne, quod reliquum eſt, operanti naturæ committitur.

Si tamen pulſus adhuc debilis perſiſteret, æger ſe adhuc multum ſentiret dedolatum, ſine interruptione roborantibus pugnandum eſt, ut ſuccumbentes jam naturæ vires erigantur, conſerventur.

Dum poſthac variolæ ſenſim elevantur colore læte rubro conſpicuæ, ſi cutis interjacens tendatur, rubeat, doleat, ſi pulſus æqualis & fortis, reſpiratio facilis, caputque ſerenum evadat, ſi variolæ ſimul bono impleantur pure, ad bonam denuo conditionem reductus habetur æger, & jam remediis roborantibus abſtinere, lenioribus vero ante recenſitis ad morbi finem uſque continuare convenit.

Quodſi vero advertatur variolas non ſufficienter elevari, colore profunde rubro eſſe defædatas, & cutem intermediam laxam colorem plumbeum referre aut elevari

qui-

quidem variolas, ſed brevi iterum in medio collabi, aut acumen profunde fuſcum aut nigricans nanciſci: maculas hinc inde nigro cæruleas apparere, urinam male olentem nigreſcere, diſſolutumque ſecum vehere ſanguinem, in mala tunc æger conditione verſatur, ideoque efficacioribus adhuc, magis putredini & diſſolutioni humorum adverſis remediis agendum eſt, in hunc finem præter prius laudata magni quoque æſtimanda ſunt, quæ Nro. 19. 21. 25. 26. 27. 42. 43. 44. 45. 46. recenſentur.

Si tamen nec hæc, nec ſimilia cito & conſtanter juvent, de vita utplurimum actum eſt.

Cortex peruvianus in his caſibus ſæpe ſpecialiter admodum prodeſt, hinc magna quantitate ingeri debet, & tuto poteſt; evacuantia vero præſertim venæſectiones utplurimum hic mortem accellerant, ubi jam prorſus corruptus & diſſolutus ſanguis eſt, & naturæ vires ſuccumbunt.

In tanta ergo virium jactura cataplaſmata irritantia & emplaſtra veſicas trahentia ſemper neceſſaria ſunt.

Quan-

Quando mox a principio febris varioloſæ vires debiles, certaque futuræ malignitatis ſigna adſunt, & jam ſecundo die aut etiam tardius variolæ parvæ, planæ, figuræ inæqualis, coloris plumbei in magna copia erumpunt, parum tantum elevantur, & cito materiem ichoroſam concipiunt, mox initio remedia roborantia, ſtimulantia & putredini reſiſtentia animo intrepido porrigenda ſunt, in quibus ſeligendi rationem determinabit ſymptomatum diverſitas.

His quoque ſtatim applicanda veſicantia diuque in fluxu ſervanda ſunt.

Nihil autem in univerſo medicinæ campo exiſtit, quod ægros hos magis refocillaret, reſtauraret vires, quod diſſolutioni humorum & putredini plus adverſaretur, melius gangrænam averteret, quam toties laudatus aër purus, liber & renovatus.

Ergo & hi ægri omni tempore aura & occaſione favente in aëre libero circumducendi, vehendi ſunt, exinde ſæpe prorſus enervati tantum animi & roboris adipiſcuntur, ut nonnunquam ſoli aut ſaltem aliorum ope ſuffulti deambulare poſſint; ſi autem in aërem liberum exportari non poſſint, in cu-

biculo ſaltem aëri continuo renovatio & refrigerium concilietur. Verum quidem eſt eos ſæpius de horripilationibus conqueri, in aëre libero præ frigore quaſi contremiſcere, ſed hoc nihil mali portendit, & idcirco nequaquam in lectum reponendi aut calide tractandi ſunt, niſi ſymptomata peculiaria id poſtularent.

Raro in feminis gravidis variolis etiamſi copioſis & malæ notæ decumbentibus hæmorrhagiam uteri aut abortum videre eſt, modo aëre libero, puro fruantur, ac nullo ad graviditatem habito reſpectu tractentur.

Cum ſub variolis partes præcipue circa oculos nonnunquam admodum vehementer intumeſcant, ut etiam penitus oculi claudantur, non exiguo erit ægro ſolatio, dum oculi ſtatim in principio hujus tumoris omni bi- aut trihorio ſpongia aqua calida aut lacte madida abſtergantur, exinde enim tenſio dolorifica impeditur; adhibita hac cautela oculi raro clauduntur, nec tenax & acris materia accumulari poterit, quæ frequenter has partes inflammat, exulcerat, atque morbos oculorum chronicos incurabiles ſæpe generat.

Dum in ſtadio ſuppurationis facies præ tumore admodum tenſa inflammata eſt & dolens, partes hæ emolliente cataplaſmate involvi aut etiam ſpongia aqua tepida aut lacte madida ſæpius fomentari poſſunt; hac ratione nimia & dolorifica remittit tenſio, dolor lenitur & inflammatio, citiusque variolæ in ſuppurationem ducuntur.

Si ad ſuppurationis finem aut ſub exſiccatione, imo & hac finita in externis partibus tumores metaſtatici ſe manifeſtent, mox, ſi molles, materiem fluctuantem contineant, aperiendi, apertique diu ſervandi ſunt, hac ratione materiei accumulatæ iterato in ſanguinem regurgitatio impeditur & ſanguinis per hunc fluxum ſuis porro morboſis reliquiis depuratio promovetur.

Quod-ſi vero tales tumores duri forent & inflammati, per emollientia cataplaſmata, præcipue vero per emplaſtrum diachylon compoſitum cum gummatibus emolliri & ad ſuppurationem diſponi debent; utprimum vero pus intus natum obſervatur, non ſecus ac priores aperiendi & tarda manu conſolidandi ſunt.

Mala eſt talis ad articulationes facta materiei metaſtaſis, neque externe ulla notabilis eminentia aut tumor conſpicitur, etenim cum ibi acrimoniæ exitus procurari nequeat, partes illas arrodit, & ſæpe cariem immedicabilem aut omnem curam reſpuentem cauſat anchyloſim.

Si facta tali depoſitione æger viribus conſtet, & pulſus aliquomodo tenſus exploretur, mox venæſectio celebranda, eodemque die purgans exhibendum eſt, quod omni ſecunda aut tertia die viribus admittentibus repeti poteſt, donec notabilis ſequatur emendatio.

Eadem methodo utendum erit, dum ad finem variolarum ophthalmia ſuccedit; hoc in caſu ſæpe bis terve, ſi ægri vires ferant, vena ſecari debet.

Tunc etiam neceſſum eſt, ut æger multum de decocto emolliente, ſanguinem depurante *ſub Nro. 8. 29. 47. 48. 49.* aſſumat, præcipue vero remedii Nro. 20. uſus protractior perbene conducit.

Multis vero medelam adfert uſus roob ſambuci quotidie ad duas, tres aut quatuor un-

uncias diviſis doſibus ingeſtas, ut levis exinde per aliquot dies excitetur diarrhæa.

Perſtanti poſt variolas diuturnæ ophthalmiæ & maculis in oculis remanentibus præter prius recenſita decocta uſus remedii Nro. 50. protractus feliciter non raro medetur.

In pertinacibus malignis ulceribus, carie, vehementibus arthriticis & nonnunquam oſteocopis doloribus poſt variolas reſiduis unum ex remediis Nro. 51. 52. 53. 54. adhiberi poterit, quæ ſæpenumero juvant, ubi ſa'uberrima alias & longo tempore uſitata nil profuere remedia.

Paregorica & opiata non raro tam in benignis, quam malignis variolis locum habent, ſemper enim morbum leniunt, noctes reddunt quietas magis, vires reſtaurant & anxietates fugant, nec unquam, modo debito tempore debitaque exhibeantur doſi, nocere poſſunt.

Ut primum ſtadium contagii elapſum eſt, & variolis decumbentes tempore nocturno inquieti, inſomnes jaceant, ſemper ad veſperas uncia una ſyrupi diacodii aut de remediis Mro. 55. 56. 57. recenſitis unum

 exhi-

exhiberi debet, quibus ſi opus, ad finem morbi uſque continuetur.

Dum ſuppurationis tempore ægri etiam de die valde inquieti ſunt & anxii, de validis doloribus ſpaſticisque motibus & magnis ſanguinis effervеſcentiis conquerantur, interim tamen nulla in pulſu durities deprehendatur aut peculiaris tenſio, præter cætera remedia omni tertia aut quarta hora remedium Nro. 58. 59. aut 60. dandum eſt, uſque dum ſymptomata mitia evaſerint.

Dum malæ notæ variolæ octavo aut nono die collabuntur, & fuſcum aut nigricantem colorem induunt, tenſaque cutis interjacens relaxatur, ſi & ipſa pallida ſit, aut colorem plumbeum referat, pulſus evadat debilis, in facie color profunde ruber & pallidus alternent, ſpaſticæ in diverſis partibus contractiones obſerventur, præter ante laudata remedia omni quinta aut ſexta hora octo vel decem guttulæ de Nro. 61. aut omni ſecunda vel tertia hora duo cochlearia de Nro. 62. exhibere convenit.

Nonnunquam brevi videre licet hiſce adhibitis ſymptomata mala emendari, vires redi-

redire, inſurgere variolas, & periculum removeri inſtans.

Si emendatio hæc conſtans ſit, nunc dicta remedia de die non porriguntur, ad veſperas vero tantum propinatur, quantum ad quietem tempore nocturno conciliandam ſufficere exiſtimatur, aut remedia priora Nro. 55. 56. 57. in uſum venire poſſunt.

In ſubjectis nervos nimis irritabiles poſſidentibus aut ſpaſmis & convulſionibus obnoxiis paregorica aut opiata abſolute ſemper neceſſaria ſunt.

Pauci ſunt, qui hæc remedia ex propria ſibi idioſyncraſia non ferunt, tales exinde anxii redduntur & inquieti, aut calorem efferveſcentem percipiunt, aut moleſtum ſentiunt in toto corpore pruritum, utprimum hæc advertuntur, hiſce abſtinendum eſt, quamquam hoc plerumque cum ægri damno fiat.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Lapid. cancror. gr. xx.
nitr. pur. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 2.

℞. Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. vj.
m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 3.

℞. Cremor. tartar.
arcan. duplic. aâ gr. xxx.
m̄. f. pulv.

Nro. 4.

℞. Hord. crud. Unc. iij.
aq. pur. lib. jv.
coq. per ½ hor. dein colatur adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. vel Mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 5.

Nro. 5.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
— acetoſæ Unc. β.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per
½ hor. dein colat. lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſ. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 6.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 7.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 8.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
glycyrrh. raſæ Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ.
per ¼ hor. colatur lib. ij. exhibe.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 9.

℞. Sal. polychreſt. dr. ij.
aq. laxativ. D. V. Unc. iijβ.
m̄. S. pro unico hauſtu.

Nro. 10.

℞. Fol. ſennæ Unc. β.
Mann. elect. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. miſta infunde in aq. fervid. lib. β.
relinque vaſe clauſo per ½ hor. dein colat. exhibe p. hauſtu.

Nro. 11.

℞. Ipecacuanch. gr. xxx.
ſal. polychreſt. gr. x.
m̄. f. pulv. pro doſi.

Nro. 12.

Nro. 12.

℞. Tartar. emetic. gr. iij.
ſachar. alb. gr. x.
m̄.
f. pulv. tenuiſſ. pro doſi.

Nro. 13.

℞. Tartar. emetic. gr. vj.
ſolve in
aq. font. Unc. vj.
dein adde:
oximel. ſimpl. Unc. j.
m̄.
Sumat omni media hora 2. cochlearia, donec probe vomat.

Nro. 14.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 15.

Nro. 15.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.

Sumat ter vel quater de die cochlear unum, & bibat deſuper bina vaſcula de infuſo ex ſpeciebus Nro. 16.

Nro. 16.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſ. exhibe.

Nro. 17.

℞. Aq. flor. ſambuc. lib. jß.
mel. roſar.
ſyr. violar. aâ Unc. jß.
ſpir. vitriol. gtt. xx.
m̄.
Uſus, ut ſupra.

Nro. 18.

℞. Aq. flor. ſambuc. lib. jß.
mel. roſar.
ſyr. moror. aâ Unc. jß.
ſucc. ſemperviv. maj. rec. expr. Unc. jv.
m̄ pro collutorio.

Nro. 19.

℞. Decoct. hord. lib. ijß.
ſpirit. vitriol. dr. jß.
ſyr. rub. Idæi Unc. ij.
m̄.
Sumat vaſculatim.

Nro. 20.

℞. Seri lactis vel
Lactis ebutyrat.
Sumatur pro potu.

Nro. 21.

℞. Seri lactis lib. ij.
ſpir. vitriol. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. iij.
m̄.
Sumat omni media hora vaſculum.

Nro. 22.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ
per ¼ hor. dein colatur. lib. jß.
adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
Syrup. Berberum. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 23.

Nro. 23.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein col. lib. jß. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 24.

℞. Cremor. tartar. dr. j.
f pulv.
Detur talis omni hora, donec ſufficienter purgetur.

Nro. 25.

℞. Decoct. hord. lib. ijß.
acet. vin. Unc. ij.
ſachar. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat vaſculatim.

Nro. 26.

℞. Decoct. hord. lib. ijß.
vin. generoſ. Unc. iij.
m̄.
Uſus, ut prioris.

Nro. 27.

℞. Lact. recent. lib. jv.
vin. auſtriac. aut
alterius ſubacidi Unc. viij.

Bulliant ſimul per momentum, dein colloſtro lactis per colaturam ablato ſerum albumine ovorum purifica & exhibe pro potu.

Nro. 28.

℞. Lapid. cancror.
aceti colchic. âa dr. iij.
ſyr. altheæ Unc. jß.
aq. fœnicul. Unc. vij.
liq. terr. fol. tart. dr. ij.
ſpir. nitr. dulc. gtt. xx.
m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 29.

℞. Rad. v. aperient. aâ dr. iij.
conſciſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
per ½ hor. dein colatur. lib. ij.
adde:
liquor. terræ foliat. tartar. dr. iij.
ſyr. fœnicul. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bi- vel trihorio vaſculum calide

Nro. 30.

℞. Aq. meliſſ. Unc. v.
ſyr. fumar. Unc. iij.
liq. terr. fol. tartar. dr. iij.
m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 31.

℞. Lapid. cancror.
acet. vin. aâ Unc. ß.
ſyr. alth.
— diacod. aâ Unc. j.
aq. fœnicul. Unc. viij.
liq. terr. fol. tart. dr. ij.
ſpir. nitr. dulc. gtt. xv.
m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear. & bibat ſubinde vaſculum infuſ. ex ſpecier. ſequ.

℞. Rad. fœnicul. Unc. iij.
glycyrrh. Unc. jß.
conſciſ. exhibe.

Nro. 32.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaphor. non ablut. aâ dr. j.
oximel ſimpl.
ſyr. flor. rhœad. aâ Unc. jß.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. duo cum vaſculo infuſ. ſpec. Nro. 16.

Nro. 33.

Nro. 33.

℞. Nitr. pur. dr. ß.
ſtib. diaphor. non ablut. dr. jß.
oximel. ſcillitic. Unc. ij.
ſyr. flor. rhæad. Unc. j.
aq. fœnicul. Unc. viij.

m̄.

Uſus, ut ſupra.

Nro. 34.

℞. Kermes mineral. gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſ.
Sumat omni bi - vel trihorio talem.

Nro. 35.

℞. Herbæ rutæ
ſcordii aâ M. j.
conſciſ. infund. ſ. q. aquæ fervid.
per ½ hor. vaſe clauſo
dein colatur lib ij. adde:
ſyr. contrajervæ Unc. ij.
ſpirit. vitriol. gtt. xx.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 36.

℞. Rad. imperator.
— leviſtic. aâ dr. j.
hb. meliſſ. M. j.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
vaſe clauſo per ¼ hor.
dein colatur. lib. jß. adde:
ſyr. rub. idæi. Unc. jß.
liquor. anod. miner. gtt. xv.
m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 37.

℞. Aquæ rutæ Unc. viij.
ſyr. rad. v. aperient. Unc. jß.
tinct. rad. contrajerv. dr. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 38.

℞. Camphor. gr. j.
lapid. cancror. gr. xx.
m̄.

f. pulv. detur talis omni bihorio & bibat deſuper vaſculum ex infuſo ſpecierum ſequentium.

℞. Hbæ. rutæ
— meliſſ.
— Serpill. aâ M. j.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 39.

Nro. 39.

℞. Camphor. gr. vij.
mucilag. gumm. arabic. dr. ij.
in mortar. marmoreo bene
ſubactis adde miſcendo
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.

m̄.

Sumat omni hora aut bihorio unum aut duo cochlearia.

Nro. 40.

℞. Camphoræ gr. viij.
amygdal. dulc.
ſemin. melon. aâ Unc. j.
f. emulſio cum ſ. q. aq. font. dein colatur. lib. ij. adde:
ſachar. alb. Unc. j.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 41.

℞. Aq. meliſſ. Unc. vj.
ſyr. de cinamom. Unc. j.
liquid. anod. min. gtt. xx.

m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

 Nro. 42.

Nro. 42.

℞. Aq. rut. Unc. viij.
acet. antiſept. Unc. jß.
ſyr. cort. citr. Unc. ij.
m̅.

Sumat omni hora vel bihorio cochlear. duo.

Nro. 43.

℞. Pulv. ſubtiliſſ. cort. peruvian. Unc. j.
aq. rut. Unc. x.
vin. bon. Unc. iij.
ſyr. menth. Unc. ij.
m̅.

Uſus, ut prioris.

Nro. 44.

℞. Pulv. cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. j.
ſyr. 5. rad. aperient. Unc. ij.
aq. meliſſ.
— flor. chamomil. aâ Unc. v.
m̅.

Uſus, ut prioris.

Nro. 45.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. ij.
ſal. tartar. gr. xx.
minut. conſciſſ. miſt. coq. ſ. q. aq.
p. 2. hor. colatur dein lib. j. adde:
ſyr. flor. chamom. Unc. ij.
m̅.

Nro. 46.

Nro. 46.

℞. Extract. cort. peruv. Unc. ß.
aq. flor. chamomil. Unc. viij.
ſyr. flor. chamom. Unc. ij.
m̄.

Nro. 47.

℞. Rad. bardan. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein adde:
rad. fœnicul. Unc. j.
relinque adhuc in fervida infuſ. per ½
hor. dein colatur. lib. jß. adde.
ſyrup. fumar. Unc. ijß.
liq. terr. fol. tart. dr. iij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 48.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. miſt. exhibe.

Nro. 49.

℞. Rad. bardan. Unc. vj.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. exhibe.

Nro. 50.

℞. Extr. pulſatill. nigric. dr. j.
magneſ. nitr. dr. vj.
m̄.
f. pulv. tenuiſſimus
Sumat de die ter, quantum cultri cuſpide capi poteſt.

Nro. 51.

℞. Extract. cicutæ Unc. β.
maſſ. pilul. extr. cathol. dr. j.
m̄.
f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 52.

℞. Extr. cicut. Unc. j.
f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die duas ſenſim augendo doſim.

Nro. 53.

℞. Herbæ flammulæ Jovis
glycyrrh. aâ Unc. j.
conſciſſ. miſt. d. uſui.

Nro. 54.

℞. Extract. aconit. gr. β. vel gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſimus.
Sumat quotidie bis vel ter unum.

Nro. 55.

℞. Amygdal. dulc. Unc. jß.
fiat emulſio, & colatur lib. j. adde:
ſyr. papav. alb. Unc. j.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 56.

℞. Maſſ. pilul. de cynogloſſ. gr. vj.
f. pilul. N. ij.
Sumat veſperi pro doſi.

Nro. 57.

℞. Laudan. pur. gr. j.
lapid. cancror. gr. xv.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 58.

℞. Nitr. pur. gr. XL.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. fl. Tiliæ Unc. vij.

m̄.

Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 59.

℞. Aq. flor. rhœad. Unc. viij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
ſpirit. vitriol. gtt. xv.

m̄.

Uſus, ut prioris.

Nro. 60.

℞. Syr. diacod. Unc. j.
aq. flor. rhœad. Unc. jv.
laudan. liquid. gtt. x.

m̄.

Nro. 61.

℞. Laudan. liquid. dr. j.
d. uſui.

Nro. 62.

℞. Aq. meliſſ. Unc. iij.
aq. cinamom. ſimpl. Unc. j.
ſyr. diacod. Unc. j.
laud. liquid. gtt. xL.

m̄.

De

De Inoculatione Variolarum.

Inoculatio in utroque brachio ſequenti modo inſtituitur.

Lanceola perforatur recenter ſuppurans papula varioloſa, hoc lanceolæ apice pure bene referto illico in brachio inoculando epidermidem inter & cutem leni manu unius aut unius & dimidiæ lineæ inciſio inſtituitur, vertitur dein lanceola, ut pars una ſcindens epidermidem reſpiciat, altera vero cutem verſus directa ſit, hac verſione epidermis elevatur, & pus ſe in factam ſic foveolam ſubito recondit, leniſſime poſthac cutis lanceolæ acie irritatur, ut ſic pus illico humoribus extravaſatis permiſceatur, lanceola tandem in planum alterutrum directa & digito indice vulneri appoſito extrahitur.

Facta inoculatione deligatione opus non eſt, ſed inoculatus ſuas denuo veſtes induit.

Hic inoculandi modus facillimus & tutiſſimus eſſe videtur.

Pus inoculationi ſerviens idem eſſe nequit ſemper; capta fuere experimenta cum

pure

pure necdum maturo, aquoſo & tenui, altera vice ex variolis jam perfecte maturis deſumpto, aut ex ſiccatis jamjam & pus tenax, fuſcum continentibus; aliquando pus de variolis naturalibus, iterum de inoculatis adhibitum fuit, verum nulla apparebat diverſitas, iidem ſemper effectus, eædem ſine diſcrimine variolæ obtinebantur.

Neque aliqua intercedit diſtinctio, dum pus ex variolis maturis expreſſum per dies aliquot in lagenula vitrea probe aſſervatum ad inoculationem faciendam in uſum trahitur.

Si illo demum uti placeat, lagenula antea in aqua calida per aliquod tempus retinetur, ut pus fluiditatem & calorem nanciſcatur naturalem, hoc refertur apex lanceolæ, & fit inciſio ea, qua prius narratum eſt methodo.

Cruſtæ de variolis benignis exſiccatis collectæ & in pulverem ſubtilem album contritæ æque inoculationi aptæ ſunt; hic pulvis in vaſe vitreo bene clauſo aſſervatus longo tempore actuoſus manet.

Inoculatio cum pulvere ſequenti peragitur methodo: in brachio per epidermi-

dem

dem recta unius, duarum aut trium linearum fit inciſio, ſimplicis hujus vulneris labiis parumper a ſe invicem diductis ſuavi manu infricatur palvis: neque hic ad tegendam inciſionem ullo opus eſt emplaſtro.

Inciſio hæc adhuc alia methodo fieri poteſt, ſcilicet lanceolam applicando transverſe ut antea dictum epidermidem inter & cutem ad longitudinem circiter unius cum ſemiſſe lineæ, lanceola demum vertitur, ut epidermis a cute ſeparata elevetur, tunc lanceola parum irritatur cutis, illa extrahitur poſtea, & apice ejus vulneri inter epidermidem & cutem aliquid de hoc pulvere facto imponitur, iterumque epidermide ope digiti indicis ad cutem depreſſa lanceola extrahitur, digitus adhuc aliquo temporis ſpatio vulneri impoſitus manere poteſt, ut denuo cuti agglutinetur epidermis.

Si ergo pus recens haberi non poſſit, pulvis ex cruſtis variolarum confectus longe melioris eſt uſus, quam fila varioloſo pure imbuta & exſiccata præcipue jam vetuſta.

Quare chirurgi quotannis ſufficientem hujus pulveris quantitatem ſibi comparatam aſſer-

aſſervare deberent; ut adveniente tempore vernali nonnullis operationem facere poſſent, ex quibus denuo pro ulteriori inoculatione pus ſufficiens obtinebunt, ſimiliterque de ultimo inoculatorum cruſtis pulverem pro anno ſequenti conficiant, & ſi hoc omni menſe Majo quotannis in omnibus terris in actum deduceretur, fortaſſe nunquam amplius metuenda nobis foret epidemia.

Facta inoculatione ſequentia obveniunt ſymptomata.

Plerumque binis primis diebus nihil in vulnere illato advertitur, vix inciſionis factæ veſtigium videre licet, at circa tertium aut quartum diem inciſio hæc parum inflammatur, & aliqualis ibidem ſentitur pruritus.

Utplurimum circa quintum diem inflammatio rotundam pulicis ſimilem figuram refert, & aliquantum ſupra cutem eminere conſpicitur: inoculati plures hoc die de pruritu in vulnere, de dolore infra axillas & tenſione in brachio conqueruntur.

Sexto

Sexto aut ſeptimo die multum inflammatio increſcit, in latum extenditur, & in altum cum dolore tenſivo & duritie elevatur, dolores infra axillam tenſioque in brachio & humeris vehementiores evadunt, eodem die de cephalalgia, artuum omnium dedolatione & appetitu deleto conqueruntur ægri, alios vexat urina cruenta, pulſus febrilis alios.

Circa diem octavum inciſio dolere incipiens læte rubet, & in rotundam explanatur figuram, plurimi hac die de cephalalgia, dolore in lumbis & artubus conqueruntur, nonnulli vomunt, oculos ceterum turbidos habent, linguam albam, pulſum inæqualem naturali celeriorem & ſomnum turbatum.

Sæpius die nono febris vehementior redditur, ægri de calore & frigore ſe invicem excipiente, dedolatione artuum & vertigine, de dolore oculorum, colli & lumborum, de reſpiratione male olente, magna ſiti & anxietatibus quærelas movent. Interim inflammatio in inciſione multum aucta & explanata ſentitur, lingua eſt alba, & inſomnes noctes peraguntur.

Decimo die utplurimum eadem perſiſtunt ſymptomata, nonnunquam tamen mitiora, ſed & quandoque vehementiora fiunt: dum febris die ſeptimo incepit, ſæpe jam decimo die nonnullæ variolæ ſeſe manifeſtant, & nox evadit quieta magis.

Plerumque circa undecimum diem variolæ erumpere inchoant, cuncta tunc ſymptomata remittunt, febris eſt minor, in nonnullis penitus jam ceſſat, verum inflammatio inflicti vulneris vehemens adhuc perſtat, & pus bene coctum maturum continet.

Die duodecimo ſat bene ſe hi ægri habent, inflammatio loci inciſi remittit, numerus variolarum augetur, & pulſus fere naturalis deprehenditur.

Circa decimum tertium aut decimum quartum diem variolæ elevantur in ſuppurationem tendentes, inflammatio vulneris illati evaneſcit, atque ſi variolarum eruptio die duodecimo contigerit, duabus his diebus pulſus ſemper fere exploratur naturalis, ſi vero adhuc hiſce diebus variolarum eruptio continuet, ipſa febris etiam, ſed admodum mitis continuabit.

Deci-

Decimo quinto circiter die omnes ſemper variolæ in perfecta conſtituuntur maturitate, pulſus liber eſt, & locus inciſus in cruſtam contrahi incipit, æger priores recuperat vires, appetit, bene dormit.

Sequentibus diebus variolæ exſiccantur, & ſupra inoculationis vulnus cruſta manet ſuperſtes, quæ tardo pede exſiccata ſponte tandem decidit rotundam relinquens cicatricem, atque hic debitus eſt variolarum inſitarum decurſus.

Prout hic morbus ſimplex eſt & mite decurrit, ita quoque curam expoſcit ſimplicem & mitem.

Omnes nullo ad ætatem habito reſpectu ad inoculationem ſunt apti, nec in omni perfecta requiritur ſanitas, ſigna ſolum omnia in conſiderationem veniant, & circumſpecte perpendatur oportet, an vires ſufficientes ſint, nec ne? an non ob nonnullos affectus morboſos periculum imminere videatur?

Nec antea ad hoc negotium ulla corporis præparatione opus eſt, ſed iis ſolum, qui primo aut ſecundo ab inoculatione facta

cta die de nonnullis in ventriculo moleſtiis querelas movent, aut minus perfecte appetunt, aut inordinatam vixere vitæ normam, lene purgans datur: qui autem bene valent, medicamento non indigent.

Nec ſub morbi decurſu neceſſum hos ægros medicamentis torquere, invigilandum ſolum eſt, an quotidie aut alterno die alvum deponant; quodſi non, eadem per unam aut duas drachmas ſalis polychreſti aut per aliud lene purgans ſollicitanda eſt; verum tale quid raro requiritur, utplurimum ipſa natura ſine omni auxilio alieno morbo huic debellando ſufficit.

Neque diæta adeo ſtricta eſſe debet, inoculati plerumque primis quinque diebus a conſueta victus ratione non diſcedunt, modo nulla indigeſtibilia aſſumantur, teneræ etiam conceduntur carnes, parvulis vero nil melius conducit nutrice.

Sexto aut ſeptimo die, quo ægrotare incipit inoculatus, omnis prohibetur carnis uſus, jura tamen carnium, in quibus leves cibi farinacei aut panis incoquuntur, concedere licet, ita quoque legumina, fructus horræi cocti & cibi ex lacte parati conveniunt;

niunt; nemo tamen, qui non libenter aſſumeret, ad lacticinia cogi debet.

Hac ratione ſub morbi decurſu nutriuntur ægri.

Dum variolarum exſiccatio finem ſuum attigit, purgans remedium exhibetur, poſthac denuo cuncta eſculenta, ſed avara manu porrigenda ſunt, nec vinum negatur adſuetis.

Sub ipſo morbo potus communis conſiſtit in aqua pura, tenui limonada, ſed etiam potus theati, jura carnium ſecundum ægri appetentiam exhiberi poſſunt.

Itaque hi ægri nec per medicamenta ad hunc morbum ſubeundum diſponuntur, nec ſub ipſo decurſu iisdem crucientur, ſed vitæ regimen liberum & cujuslibet beneplacito adaptatum colitur; attamen eo ſeverius & ſtrictius curandum eſt, ut tota die in aëre libero verſentur, & deambulando moderate corpus exerceant.

Nihil omnino magis & accuratius obſervandum, quam, ut inoculati continuo aëre libero fruantur, cui ut adſuefiant, mox primo poſt inſitionem die, etſi tunc non

tantopere adhuc requiri videatur, in deambulatione exercendi ſunt.

Ut primum vero febris inchoat, aër liber & moderatus corporis motus ſumme neceſſarius eſt; tempore diurno, etſi ad ſomnum proclives ſint, a ſomno arceantur ægri, febrls enim exinde major accenditur, & debilitas adeo increſcit, ut dum delicatulis ex commiſeratione paulo plus indulgemus, aut lecto affigantur, ut hac commiſeratione ita abutantur, ut eos denuo in motum deducere nulla amplius ratione poſſibile ſit.

Qui vero certis de die horis ſomnum capere neceſſe habent parvuli, ab eo arceri non debent, ſed in aëre libero non autem in cubili dormiant oportet.

Verum quidem eſt difficulter in initio obtineri, ut ægri totis artubus delaſſati & anxii per aërem liberum in motum cieantur, aſt dum ſemel bonitatem inde ſequentem deguſtarunt, ſemper in eum promptiſſimi erunt.

Qui ipſe ſimilia non vidit, & expertus eſt, vix etiam fidem adhibebit, quam celeriter motus corporis in aëre libero mole-

ſtias

ſtias morbi aufferat, cunctaque mala profligat ſymptomata. Quo plures adfuerint variolæ, eo magis motus in aëre libero neceſſarius exiſtimatur.

Neque vanus malæ cujusdam ſequelæ ab incepto detineat metus, etiamſi ægri in ſtadio eruptionis aut ſuppurationis de calore & frigore conquerantur, neque opus eſt, ut idcirco lecto & cubili coerceantur, aut calidis obruantur potulentis.

Non tamen conſulitur, ut inoculati omnibus tempeſtatum mutationibus exponantur, etenim ſemper proſpicitur illis, dum aëris vitantur injuriæ, quæ & ſanis corporibus nocerent.

Ex tam copioſis optimo cum ſucceſſu inſtitutis experimentis annotationes nonnullæ univerſales erui poſſunt.

Nulli fere inoculato quidquam mali peculiaris obvenit: nonnulli magna diſcretarum, benignarum & bene figuratarum variolarum copia referti ſunt, in aliis numerus adeo magnus non eſt, imo alii pauciſſimas habent; neque tamen adeo raro contingit, ut inoculati morbum ſine eruptione abſolvant,

Ætas ad inoculationem nihil confert, neonati enim & puſilli ſex menſium non minus feliciter, quam adultiores, quam ipſi adulti ſuſtinent. Pluribus ſub febre varioloſa facili negotio dentes erumpunt.

Experientia docuit inoculandi methodum optimam eſſe, quæ eſt ſimpliciſſima. Nec prævia opus præparatione, nec ullis ſub morbi decurſu remediis, vitæ regimen non artificioſe comparatum, ſed naturæ conſonum habeatur; itaque nil aliud, quam aër liber ut arcanum æſtumetur, cui ſoli felix inoculationis eventus adſcribendus eſt.

Sed etiam in variolis copioſis malis a natura productis aër liber multum ſalutaris eſt, facitque ut ægri absque ullo remedio longe facilius ſanitatem amiſſasque vires brevi recuperent. Nihilominus nec variolæ naturales nec artificiales adeo parvæ pendendæ ſunt; ſummopere attendendum eſt, an cuncta debito ordine decurrant, an nulla anomala, horrenda intercedant ſymptomata? & quam primum tale quid ſe manifeſtat, requiſita non negligenda ſunt auxilia.

Interim

Interim negari non poteſt etiam arte productas variolas malignas & confluentes evadere poſſe; mala quoque, ſumme periculoſa etiam lethalia accidere ſymptomata; ſed tale quidquam rariſſime videre eſt.

Inoculati copioſis obſiti variolis in ſuppurationis ſtadio facie & artubus, ut in naturalibus obvenire ſolet, intumeſcunt.

Artificiales æque ac naturales variolæ ſemel affectum non amplius invadunt, aliqui enim, qui copioſas, alii qui paucas, alii qui nullas, præſente quamvis febre varioloſa, variolas habebant, bis terve inoculati fuere, ſed nunquam in his variolæ prodiere; cogebantur accedere & converſari cum variolis naturalibus actu decumbentibus, & quidem in ſuppurationis & exſiccationis ſtadio, ubi male olentem ſpargunt odorem, cum iis in cubiculis parvis non altis una dormire jubebantur, ſemper tamen ſani permanſere necquidquam variolis tentati. Ergo inoculati ſive variolis, ſive tantum febre laboraverint varioloſa ſine eruptione æque tuti ſunt ſe non amplius per totam vitam reliquam variolas accepturos eſſe non

ſecus ac ii, qui variolas jam perpeſſi ſunt naturales.

Verum artificiales non minus ac naturales contagioſæ ſunt, falſiſſimum tamen eſt artificialium contagium longe ſemper quam naturalium periculoſius eſſe aut plane lethale.

Pari ratione falluntur, qui ab aëre libero variolarum eruptionem impediri credunt, atque ſic retineri acrimoniam, quæ primo poſt tempus aliquod elapſum malas poſt ſe trahit ſequelas. Nam dum æger in aëre libero corpus ſuum multum movet, tranſpiratio in aëre quam in lecto promovetur magis, & aër cuncta in ſe rapiens mala ex corpore ægri exhalantia auffert, unde purum æger continuo hauriens ſtatum ſuum in melius mutatum ſentiet.

Si æger autem cubili incluſus, obrutus ſtragulis cogatur ad ſudores, ſuas perdit vires, aër impurior redditur & fœtens, miaſma exhalans cubiculo incluſum manet, talis aër infectus totum allambit undique ægri corpus, qui eundem continuo inſpirare cogitur non ſine moleſtia, & natura tantæ hujus acrimoniæ accumulationi reſiſte-

re

re amplius non potens ſuccumbit, aut ſi mortem effugere detur, in miſerrimum per omnem vitam ſtatum conjicitur.

Inoculatio omni anni tempore bono cum ſucceſſu, vere tamen optimo inſtituitur.

Hic deſcripta inoculandi methodus omnium facillima & tutiſſima eſſe videtur, & præ omnibus aliis univerſalis fieri poteſt, ſiquidem hominibus, quibus res eſt anguſta domi, minimi conſtat.

Multiplex docuit experientia inoculatos variolas perpeſſos ſanitate integerrima, nequaquam valetudinarios, pallidos diſceſſiſſe aut debiles, imo antea reipſa valetudinarios poſthac ſe multo melius & alacrius habuiſſe, & ſane imprudenter actum foret omnes inpoſterum etiam poſt tempus ſat longum obvenientes morbos inoculationi adſcribere.

Cum vero nonnulla etſi rariſſima contingant infortunia, nemo ad inoculationem cogi debet, ſed ſuæ cujusque voluntati aut ſuperiorum beneplacito res reliquenda eſt.

Pulchritudini vero inoculatio multum multumque favet.

De Morbillis.

Morbilli ſæpe valde benigni ſunt, ſæpe vero non ſecus ac variolæ ſumme periculoſi, maligni & lethales; ſæpiſſime infantes & juvenes, raro adultos aut ſenes infeſtant.

Nonnunquam valde copioſi illo obſervantur tempore, quo variolæ graſſantur, ſæpe mox epidemiæ varioloſæ ſuccedunt.

Morbus hic utplurimum cum frigore incipit brevi ſubſequente horrore & calore, artus delaſſantur, caput grave habetur & nox inquieta; altera die calor idem, pulſus exploratur febrilis, æger de ſiti & appetitu deleto querelas movet, caput ponderoſum hebes & dolens ſentit, linguam vero albam, mucoſam oſtendit, in ventriculo oppreſſionem & pondus percipit, ſomnolentus eſt, & continuo ex oculis & naribus materies aquoſa deſtillans effluit, unde ſæpius ad ſternutationem irritantur ægri æque ac ii, qui valida coryza laborant, de compreſſione pectoris conqueruntur, tuſſi continua moleſtantur, & ardentem nonnunquam ſub deglutione in collo ſentiunt dolorem. Tertia die plerumque ſua vehemen-

tia hæc ſymptomata augentur, æger ſæpe cuncta nauſeat, & aſſumpta evomit; debilis multum & non raro impatiens & inquietus evadit, margines palpebrarum tumentium æque ac tota facies ſæpe rubent, quæ rubedo vehementem ardorem & pruritum generat; ad finem tertii diei, vel quod conſuetum magis die quarto in fronte & facie nonnulla punctula rubra aut maculæ ſeminum lini figuram refferentes conſpiciuntur, tumor oculorum & faciei augetur, ſenſim harum macularum multiplicatur numerus, punctula lateſcunt, ut nonnunquam ſibi invicem adhæreant, & varias in tota facie præſeferant figuras. Ad finem quarti & initium quinti diei hæ maculæ in pectore, brachiis ac toto tandem ſeſe manifeſtant corpore.

Morbilloſa febris a varioloſa differt per tuſſim validam concomitantem, frequentiorem ſternutationem & continuum ex oculis & naribus materiei acris aquoſæ effluxum.

Poſteaquam morbilli erupere, prius recenſita utplurimum mitigantur ſymptomata, nonnulla horum penitus diſparent, tuſſi nihilominus fere ſemper perſtante, unde ægri

ſæpius

ſæpius magnam muci quantitatem cum levamine exſcreant.

Si poſt morbillorum eruptionem multo fortiorem & agiliorem æger ſe ſentiat, color exanthematis læte rubeat, æquabiliter caleat cutis, & aliquomodo tenſa ſit, bonum eſt.

Ad finem diei ſexti maculæ in facie ante læte rubentes palleſcere incipiunt; tumor minuitur, & ſeptimo die fere penitus ceſſat febris, morbilli diſparent, & octavo die toto prorſus corpore evaneſcunt, nono tandem, ſi cuncta decurrant ordine, omnis abeſt febris, & æger bene ſe habet.

Poſtea plerumque ſecedit epidermis aut maculæ crepant, & ſquammarum ad inſtar aut furfurum decidunt.

Dum morbus hic regulariter atque mite decurrit, nec febris nec pectoris oppreſſio valida ſit, tota ſæpe curandi ratio ſoli naturæ operanti relinqui poteſt.

Modo ab aëre frigido ſibi caveat æger, quietus maneat, ſæpiusque in die de potu theato Nro. 1. 2. 3. unum aut duo vaſcula aſſumat.

Primis diebus extra lectum moram agere bonum eſt, utprimum vero morbilli erumpunt, quietus in lecto ſit, & ſemper in æquabili & moderato calore corpus ſervet, oportet, poſtquam vero debito iterum ordine facta epidermidis deſquammatione evanuere, de die extra lectum rurſus commorandi facultatem habet. Abſolute autem neceſſe eſt, ut adhuc per aliquot dies aërem frigidum vitare contendat; leviſſima enim in hoc caſu refrigeratio tranſpirationem impedit, quæ ſi ſupprimatur, aut repercutiatur, periculoſam pectoris oppreſſionem aut continuantem longo tempore tuſſim, ſæpe etiam valde periculoſam & debilitantem diarrhæam aut aquoſum toto corpore tumorem generat.

Si vero mox initio febris vehementior cum ſiti & calore magno adfuerit, potulenta & priora ſola non ſufficiunt, ſed remedia ſimul refrigerantia Nro. 4. 5. 6. 7. 8. aut alia decocta *ſub Nro. 9. 10. 11.* magna quantitate aſſumenda ſunt. Si autem durus tangatur pulſus, continua & anxia in pectore oppreſſio, ſi præſertim tuſſis ſimul valde moleſtet, ſecundum ægri vires venæ-

ſectio

ſectio inſtituenda & pro neceſſitate repetenda eſt; ſæpe dum alvus clauſa habetur, clyſmata injicienda ſunt, aut ſi in ventriculo vel inteſtinis aliquid indigeſti hæſitare aut quædam latere ſaburra animadvertatur, mox in principio per lene purgans expellatur.

Tuſſis ſæpe ſicca & irritans adeo moleſta eſt, ut æger exinde multum inquietus reddatur & debilis; huic malo medela adfertur adhibitis paregoricis, hinc præter remedia & potulenta priora etiam illa, quæ Nro. 12. 13. 14. 15. recenſentur, in uſum trahere convenit.

Materies illa acris aquoſa non ſolum ex oculis & naribus effluit, ſed ſimul etiam a capite in collum depluit, vomitum excitat, utplurimum vero caput aſperæ arteriæ irritat, ſicque perſtantem continuo titillationem & tuſſim cauſat, quare tunc decocta emollientia & remedia præcipue mucilaginoſa magna quantitate aſſumenda indicantur, tenuis avenæ, hordei, oryzæ cremor hoc in caſu multum prodeſt.

Dum ſimul angina inflammatoria cum deglutiendi difficultate adeſſe intelligitur,

curam

curam antea in hoc anginæ caſu enarratam adhibere oportebit.

Morbillis erumpentibus ſollicite videndum eſt, an priora ſymptomata notabiliter & conſtanter remittant, præſertim an pulſus liberior ſit, & pectoris oppreſſio penitus aut pro plurima ſaltem parte ceſſaverit? an æger facilius ex toto pectore tuſſiat, & expectorare valeat &c. ſi talia fieri cernantur, prioribus ſolummodo continuandum eſt remediis.

Si vero morbilloſus adhuc in hoc ſtadio tuſſi continua irritante, ſicca excruciatus defatigaretur, remedia etiam paregorica Nro. 12. 13. 14. 15. ad tuſſim hanc mitigandam requiruntur.

Quod ſi vero facta morbillorum eruptione adverteretur non modo nullum levamen ſequi, ſed febrem adhuc ſua vehementia increſcere, ægrum laborioſe reſpirare, & de anxia pectoris oppreſſione conqueri, tuſſi licet præſente dolorifica quidem & angente nil tamen expectorare, ſignum eſt acrimoniam morbilloſam petiiſſe & inflammaſſe pulmones.

Igitur

Igitur in hoc caſu etiam probe exſtantibus morbillis ſanguis vena educendus eſt, & ſi non paulo poſt levans ſequatur ſputum, aut reſpiratio multum liberior evadat & facilior, ſemel ac iterum repetenda eſt ſanguinis miſſio, præter priora emollientia attenuantia & refrigerantia magna quantitate ingerenda ſunt, & per clyſmatum frequentiam imminuto calore plerumque magnum ægro exinde levamen obvenit, ſi vero reſpiratio adhuc vitiata maneret, caput non liberum, imo deliria obſervarentur, emplaſtrum veſicans ad ſuras ſimul ponendum eſt.

In hiſce periculo plenis caſibus citum præſtandum eſt auxilium, ita ſæpe pulmonis ulcera impediuntur, aut ipſa etiam gangræna.

Signum ſemper bonum habetur, ſi in tali caſu morbilli bene perſtent, colorem læte rubentem retineant, hoc enim vires naturæ bonas eſſe, nec quidquam maligni in corpore latitare denotat.

Dum morbilli debito tempore palleſcere & diſparere incipiunt levata exinde reſpiratione, & ſi æger cum multa facilitate

ſputa

ſputa ejiciat, febrisque notabiliter minuatur, tunc omnis futuræ valetudinis ſpes adeſt, nec aliis quam prius enarratis remediis utendum erit, donec tuſſis remiſerit, penitusque ceſſaverit febris, in hoc quoque ſtadio ægrum quietum manere & in moderato calore ſervare convenit, omnis enim refrigeratio maxime nocet.

Quod ſi vero ſputum tenax difficulter prodiret, remediis Nro. 8. - 16. - 17. deſcriptis adjuvanda eſt expectoratio.

Sæpe morbus hic ordine debito & bona cum fortuna decurrit; dum autem cutis deſquammari incipit, tuſſis de novo ſuboritur cum anxietate & oppreſſione pectoris, iterato ſæpe pulſus inſurgit febrilis, ægri de multo calore & ſiti, de ardore in pectore & infra os ſterni conqueruntur.

In hoc caſu venæſectio abſolute neceſſaria eſt, quæ pro indicatione repetenda erit, præterea larga manu decocta emollientia & attenuantia, ut antea dictum, propinanda ſunt, nec aliter, quam ſi peripneumonia vera decumberet, tractandus eſt æger.

Si

Si poſt dies aliquot notabilis febris obſervetur remiſſio, pars tertia lactis decoctis prioribus addatur, unde ægri magnum in pectore levamen experiuntur, & brevi virium capiunt incrementum.

Nonnunquam vero per longum tempus ſputum in nonnullis purulentum remanet, veſpere ſemper conqueruntur de horrore, cui calor continuus ſuccedit copioſo ſudore terminandus, ægri e ſomno evigilantes plerumque ſe debiles ſentiunt.

Feliciter hoc malum tollitur, dum omni ſecunda hora vaſculum parvum de Nro. 18. cum æquali lactis quantitate aſſumpſerit æger, aut eadem poterit applicari medendi methodus, quæ antea in peripneumonia in ſuppurationem tranſeunte laudata fuit.

Miaſma morbilloſum ſæpenumero admodum acre eſt, ut in collo, ad aures, parotides varios rubros tumores, veſiculas producat & ulcuſcula ſæpe longo tempore acrem ſaniem cum magno ardoris ſenſu fundentia. Si talis metaſtaſis ad pulmones contingat, communiter vehemens valde, ſicca diuque perſtans generatur tuſſis, aut ſi quæ

expe-

expectoratione rejiciatur materies, penitus aquoſa eſt, acris & ardens.

Non minus in hoc caſu, quam in priori decocta eadem emollientia lacti commixta diu aſſumenda ſunt, ſi vero tuſſis admodum vehemens & moleſta foret; præter hæc adhuc remedia paregorica interponantur ad hujus vehementiam minuendam.

Dum proſtantibus jam morbillis noctes inquietæ tranſiguntur, atque inquietudo præcipue in tuſſis vehementia ſuam agnoſcat originem, ſemper ad veſperas uncia una ſyrupi diacodii aut aliud paregoricum *ſub Nro. 19.-20.-21.* exhiberi debet, præſertim illud Nro. 19. multum prodeſt, dum ægri ſimul de ſiccitate & vehementi ardore in pectore querelas movent.

Nonnunquam morbillis ſubito retrocedentibus æger in magnum conjicitur vitæ diſcrimen; in hoc caſu eadem agenda ſunt, quæ antea in miliarium & petechiarum retropulſione ſuadebantur.

Poſtquam morbilli debito ordine ſuum terminum conſecuti ſunt, & cutis deſquamatur, ſemper lene purgans exhibere bonum eſt: atque illud poſt octiduum conve-

 nit,

nit, dum præſertim ægri frigidum & mucoſum temperamentum aut multa acrimonia ſcatentes humores in corpore ejus præſentes id ſuadeant.

Nonnunquam hic morbus apud quosdam infantes præcipue tam leniter decurrit, ut primis diebus nihil in ſanitate obſervetur immutatum, feliciter morbilli erumpunt, & pari fortuna paucos intra dies deſquammantur, terminantur.

In nonnullis vero morbilli maligni ſunt, inchoant multis pravisque ſtipati ſymptomatibus cum virium proſtratione, ſæpe vero maligna hæc ſymptomata ſe primo manifeſtant, dum jam erupere morbilli, cutis tunc laxa, maculæ profunde rubræ & coloris plumbei cernuntur, æger anxius evadit & inquietus, reſpiratio difficilis, parva redditur & inæqualis, cui quandoque nervorum ſubſultus ſe jungunt. In hoc caſu mox illa roborantia & putredini reſiſtentia remedia applicanda ſunt, quorum in variolis malignis & febribus putridis mentio facta fuit.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſ. exhibe.

Nro. 2.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. ij.
glycyrrh. raſæ Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ.
per ½ hor. colatur lib. ij. exhibe.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 3.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. miſt. exhibe.

Nro. 4.

℞. Lapid. cancror. gr. xx.
nitr. pur. gr. x.
m. f. pulv. p. doſi.

Nro. 5.

℞. Nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear. duo.

Nro. 6.

℞. Cremor. tartar.
arcan. duplic. aâ gr. xxx.
m̄. f. pulv.

Nro. 7.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 8.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaph. n̄. abl. aâ dr. j.
oximel. ſimpl.
ſyr. flor. rhœad. aâ Unc. iß.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear duo cum vaſculo infuſi ſpecierum herbarum Nro. 1.

Nro. 9.

Nro. 9.

℞. Hord. crud. Unc. iij.
aq. pur. lib. jv.
coq. per ½ hor. dein colatur adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.
m̄. pro potu.

Nro. 10.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
— acetoſæ Unc. ß.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per
½ hor. dein colat. lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſ. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 11.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ per ½ hor.
dein col. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 12.

℞. Pulv. ſpecier. diatragac. frig. dr. ij.
ſyr. diacod Unc. jß.
aq. flor. rhœad. Unc. jv.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio duo cochlear.

Nro. 13.

℞. Ol. amygd. dulc. rec. preſſ. Unc. ß.
vitel. ovor. N. j.
in mortario marmoreo bene ſubactis adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̄. pro linctu.

Nro. 14.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ſolve in
aq. fl. tiliæ Unc. jv.
dein adde:
ſyr. fl. rhœad. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio cochlearia duo.

Nro. 15.

℞. Rad. ſalep. dr. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per $\frac{1}{4}$ hor.
dein colatur. lib. jß. adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora aut bihorio vaſculum.

Nro. 16.

Nro. 16.

℞. Nitr. pur. dr. ß.
ſtib. diaphor. n̄. abl. dr. jß.
oximel. ſcillit. Unc. ij.
ſyr. fl. rhœad. Unc. j.
aq. fænicul. Unc. viij.

m̄.

Sumat omni bihorio cochlearia duo.

Nro. 17.

℞. Kerm. mineral. gr. j.
ſachar. alb. gr. x.

m̄.

f. pulv. tenuiſſimus.

Sumat omni bi- aut trihorio talem.

Nro. 18.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jß.
coq. ſ. q. aq. per hor.
dein col. lib. ß. adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aa Unc. jß.

m̄.

Sumat omni hora aut bihorio vaſculum tepide

Nro. 19.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ol. amygd. rec. vel
ol. lini rec. Unc. j.
m̄. pro hauſtu veſpertino.

Nro. 20.

℞. M. P. de cynogloſſ. gr. vj.
f. pilul. N. ij.
Sumat veſperi pro doſi.

Nro. 21.

℞. Laud. pur. gr. j.
lapid. cancror. gr. xv.
m̄.
f. pulv. pro doſi.

De Febre Scarlatina.

In febre ſcarlatina eadem fere obveniunt ſymptomata, ac in ipſis morbillis, tertia enim aut quarta die in facie & reliquis partibus admodum parva, rubra punctula magna in copia apparent, hæc brevi dilatata confluunt, unde demum elevata rubedo pannum referens ſcarlatinum conſpici-

ſpicitur, quæ totum ſæpe corpus aut maximam ejus partem inveſtiens ad ſeptimum diem plerumque cum furfuracea cutis deſquammatione evaneſcit.

Morbus hic non infrequenter ſtatim in principio comitem habet anginam inflammatoriam, ſæpe admodum periculoſam & malignam, non difficulter in gangrænam deſinentem & ſphacelum.

Itaque hæc præcipuam attentionem meretur, cætera cura, ut in morbillis dictum, inſtituenda venit.

Dum vero in febri continua tertia aut quarta die in diverſis corporis plagis veſiculæ elevantur ſimiles illis, quæ ab inflictis oriuntur urticis, exanthemata hæc urticæ appellantur; in quo morbo ægri plerumque de moleſto perſtante pruritu & ardore conqueruntur.

Hæc & cuncta ſimilia exanthemata ratione diverſitatis ſymptomatum, magnitudinis periculi, eadem, qua prius recenſita methodo tractanda ſunt.

De

De Eryſipelate.

Eryſipelas eſt calidus, pallido rubens, latus, ardens aut pruriens tumor, qui utplurimum ſuam in cutis ſuperficie ſedem figit.

Morbus hic omnem corporis partem afficere valet, in facie tamen, femoribus & pedibus obſervatur frequentiſſime.

Nonnunquam in una plaga moram non agit, ſed jam hanc jam illam invadit.

Quamdiu in cutis ſuperficie hæret viſcera intacta relinquens, periculum magnum haud portendit.

Verum ſi partes afficiantur internæ, aut ad interiora morbus repercutiatur, ſummum inſtat vitæ periculum, cui non raro mors ipſa ſuccedit.

Dum eryſipelas ſubito cerebri petit menynges, aut ad ipſum deferatur cerebrum, vehementiſſima in his partibus exoritur inflammatio, intollerabili hi ægri excruciantur cephalalgia, cui brevi accedit furor & non raro violentiſſimi ſe adjungunt ſpaſtici ſubſultus, quos plerumque mors ſequitur.

Non

Non minus imminet vitæ diſcrimen, dum ſubito eryſipelas pulmonem, ventriculum aut inteſtina aggreditur, quia & hic inflammationem periculo pleniſſimam cito in gangrænam abeuntem cauſat.

In ſeniculis & acribus præditis humoribus eryſipelas majori ſemper ſtipatur periculo & malignitate, quam in iis, qui alias firmo ſanitatis robore gaudent & blandos in ſuis vaſis humores vehunt.

Plures ſunt, qui frequentius per anni decurſum certo tempore eryſipelate infeſtantur, & plerumque in eadem ſemper plaga; antequam vero erumpit, toto ſe corpore delaſſatos, calorem & frigus ſe invicem excipientes ſentiunt ægri, anxii tenentur, inquiete dormiunt, carent appetitu, ſed magna vexantur ſiti; in loco tandem conſueto pruritum percipiunt, aut ardorem, & brevi poſtea oculis ſe ſpectabilem reddit rubedo.

Multum inde levati & regulariter iterum evaneſcente tumore optima fruuntur ſanitate, ad cuncta ſua negotia ut antea agiles & apti.

In

In ſimilibus ſubjectis eryſipelas valde ſalutare videtur, ab acrimonia enim ex ſanguine extricata originem trahit, quæ ſi longiorem in eo moram egiſſet, aut integram ſanguinis depravationem aut alios periculoſos morbos produxiſſet.

Frequentiſſime in ſenibus eryſipelas pedes occupat, & plerumque cum continuo eoque valido pruritu; quamdiu tale eryſipelas debitum tenet recurrendi ordinem, inde affectos ſublevat, & præſertim caput & pulmones reddit liberos, ſalutare ſemper eſt, & utplurimum in neſtoreos annos concomitatur.

Utprimum vero morbum hunc inordinate recurrere, nec partes internas caput præcipue & pulmones in integrum levari obſervetur, malum ſignum eſt denotans naturæ vires decreſcere humoribus adeo jam corruptis, ut ab hac acrimonia ſe perfecte amplius liberare nequeant, aut eandem ad corporis peripheriam expellere non valeant, unde neceſſario partes internæ afficiantur.

Nonnun-

Nonnunquam eryſipelas epidemice graſſatur, multosque ſimul & ſemel invadit, utplurimum tamen malum eſt ſporadicum.

Dum eryſipelas profunde cutem penetrans valide dolet, & cum multo calore & pulſatione profunde rubrum colorem præſeferat, veræ connexum eſt inflammationi, eritque ſemper febris vehementia major.

Dum vero totus in ſuperficie corporis tumor habetur, in medio læte rubens elevatus, in margine autem pallidus & mollis, ſignum eſt admodum mite & regulare eryſipelas eſſe.

Contra, quando color profunde rubet, aut nigrocæruleſcit, copioſæque veſiculæ acri & rodente ichore repletæ apparent cum magna ſimul ægri debilitate conjuncta, eryſipelas habetur malignum, quod non raro in gangrænam & ſphacelum abit, aut maligna & diuturna producit ulcera.

Si tale eryſipelas ſubita metaſtaſi deferatur ad interiora, aut internas ſimul partes cum externis caput præprimis & pectus afficiat, fere ſemper eſt lethale.

Quando bonæ notæ eryſipelas glanduloſas petit partes, non raro mutantur in

ſcir-

ſcirrhos, ſi vero mali moris fuerit eryſipelas, ulcera producit pertinacia cancroſa.

Nebuloſus, humidus, frigidus aër, magna & vehementia corporis exercitia, refrigeratio ſubita, fervens ira &c. utplurimum eryſipelas producunt.

Quamdiu eryſipelas ſua perſiſtit vehementia, communiter tam diu cutis ſicca manet, utprimum vero hæc humeſcit leni prodeunte ſudore, etiam tumorem brevi diſcuſſum iri indigitatur.

Sæpe morbus hic admodum mitis paucos intra dies terminatur, ſæpe vero admodum vehemens habetur & pertinax.

In illis plagis, in quibus eryſipelas reſidet, epidermis fere ſemper ſeparata deſquammatim decidit.

Dum eryſipelas absque moleſtia peculiari in quadam plaga erumpit, æger cæteroquin ſe bene habet, in moderato calore ſervari & ſæpius de die vaſculum potus theati *ſub Nro. 1.* exhiberi debet, pars affecta ſacculis ex floribus ſambuci confectis tegitur, aut panno laneo probe involvitur antea camphora probe perfricato.

Tali

Tali methodo paucarum dierum ſpatio totum facile fugatur malum.

Si autem ſtatim in principio ſanguinis orgaſmus aliquis advertatur, ſimul bis aut ter de die pulvis Nro. 2. aut remedium Nro. 3. ægro propinandum venit.

Finito morbo ſemper lene purgans *ſub Nro. 4. 5. 6. 7. 8.* exhibere bonum eſt, his ſecuri reddimur nullam amplius in corpore relinqui acrimoniam, quæ denuo ad partes internas deponi & magna ſæpe infortunia producere poſſit.

Dum æger morbum mitibus his ſtipatum circumſtantiis flocci pendens negligit, continuoque humido frigido, aut aëri per rimam admiſſo ſeſe exponit, non raro accidit, ut pertinax inde chronicus, durus, profunde rubens, inæqualis & turpis enaſcatur tumor.

Hic tamen utplurimum feliciter auffertur, dum externe emplaſtrum de Meliloto aut de labdano applicatur, pro uſu autem interno remedium Nro. 9. una cum potu theato *ſub Nro. 1. aut 10.* propinatur.

Quando

Quando eryſipelas vagum de loco in locum oberret, nullibi fixam firmet ſedem, præter prius recenſita remedia omni tertio aut quarto die, ſi vires ferant, medicamentum purgans dandum eſt, quod ſi ob debilitatem ægri fieri nequeat, id ipſum per frequentiora clyſmata recompenſare oportet, aut mane ac veſpere pulvis Nro. 4. porrigendus eſt, ut ſic alvus continuo aperta habeatur, hac ratione vaga de corpore eliminatur materies & ulterioribus præcavetur malis.

Sæpius vero hic morbus tam miti non decurrit modo, ſed ægri ſtatim in principio vehementi diuque perſtante torquentur horrore, admodum anxii magnam pectoris ſentiunt oppreſſionem, cuncta nauſeant, & cephalalgia excruciantur continua, dolorificam ad ſcrobiculum cordis experiuntur conſtrictionem, non raro ſe vomitus adjungit copioſus, ſuccedit poſtea ardens & pulſans in toto corpore calor, ſitis adeſt magna, pulſus tenſus, durus & plenus, nonnunquam delirium & difficilis admodum reſpiratio, tertio tandem, frequentiſſime vero die quarto eryſipelate ſeſe manifeſtante priora ut-

pluri-

plurimum miteſcunt ſymptomata, deliria, difficilisque reſpiratio evaneſcunt.

Si vero poſt eruptionem eryſipelatis nullum contingat levamen, difficilisque reſpiratio continuet, continuis æger deliriis laborans in magno diſcrimine verſatur.

Si ergo morbus hic adeo periculoſis inchoaret ſymptomatibus, mox ægro multum de decoctis attenuantibus, lenientibus Nro. 1. 11. 12. 13. 14. ſumendum eſt, atque ſi pulſus durus, plenus haberetur & tenſus, conducet ſecundum ægri vires venam ſecare, & clyſmata injicere refrigerantia, nec non per pediluvia & cataplaſmata irritantia plantis pedum admota ſanguinis caput verſus impetuoſe ruentis derivatio ad inferiora tentanda eſt.

Quod ſi adverteretur ſaburram acrem aut aliquid indigeſti in primis latitare viis, tunc ut in febribus continuis lene purgans, aut loco priorum decoctorum illa *ſub Nro. 15.- 16.- 17.- 18.* adhibenda ſunt.

Sedule tamen ſemper attendendum eſt, ne per venæſectiones aut purgantia debilitas ægro inducatur nimia, quæ ordinatum mor-

bi decurſum impediens lethalem ad partes cauſaret metaſtaſim.

Ubi tamen eryſipelas jam erupit, etſi priora periculo plena adeſſent ſymptomata, ſed æger exinde levatum ſe ſentiret, ſolum decoctis attenuantibus & emollientibus procedendum eſt, aut horum loco potu theato Nro. 1. & remediis *ſub Nro. 3. 19. 20.* utendum erit: externe plagæ affectæ ſacculi ſambucini aut panni lanei camphora bene perfricati applicentur.

Quando tumor eryſipelatoſus vehemens admodum ardens eſt & tenſus, purgans, ut antea dictum, omni tertio aut quarto die propinandum eſt.

Utprimum calor remittit & tenſio, intollerabilis & continuus plerumque ſequitur pruritus; in hoc caſu magnum ægri experiuntur ſolamen, dum omni trihorio ſpongia remedio Nro. 21. imbuta tepide per aliquod tempus pars eryſipelatoſa fomentatur, deterſa denuo ſacculis prioribus tegitur.

Ubi vero tumore jam præſente delirium non ceſſat, difficilis reſpiratio non emendatur, pulſus tamen fortis & æger ipſe viri-

bus

bus ſufficientibus gaudet, decocta prius recenſita attenuantia & emollientia magna quantitate ingerenda ſunt, ſimul & ſinapiſmus Nro. 22. ad plantas pedum applicetur, ſi tamen non videatur ſufficere, veſicantia ad nucham & ſuras negligenda non ſunt.

Quando tum formá, tum colore benignum & regulare ſeſe oſtendit eryſipelas externum, nil ſingulare metuendum eſt, plerumque enim accidit, ut, cum malum externum diſparere incipiat, interna ſimul evaneſcant ſymptomata.

Si vero eryſipelas externum male coloratum aut non debito elevatum habeatur, multæ acri ichore replétæ ſe manifeſtent veſiculæ, virium adſit debilitas cum pulſu debili & parvo, continuis in deliriis æger verſetur, & ſummo cum labore reſpiret, ei non mediocre periculum inſtat.

In hoc caſu ex herbis Nro. 23. ſacculi confici, vino incoqui & calide externe applicari debent, ſimul ac refrigerantur, renovandi. Interne omni hora alternatim exhibeatur vaſculum de Nro. 24. aut de Nro. 25. - 26. aut alia ſimilia roborantia, & antiſeptica non ſecus ac in febribus putridis &

malignis morbis, quamdiu neceſſitas poſtulaverit, exhibenda ſunt.

Dum eryſipelas bonæ notæ ſubito diſpareat pulmones petens, ut ſummæ inde pectoris enaſcantur oppreſſiones, reſpiratio admodum moleſta redditur & anxia, & ægri tuſſire incipiunt.

In hoc ſtatu denuo manu ſat liberali, reſpiciendo tamen ſemper ad ægri vires, venam ſecare & veſicantia ad nucham & ſuras ponere nec non magna ſimul copia decoctum Nro. 27. propinare convenit, cui ſæpe celeriter admodum copioſus ſudor ſuccedit, & anxietates remittunt, hinc eorumdem potulentorum protrahendus uſus. Utplurimum poſthac ſecundo, tertio aut quarto die mucoſum aut purulentum cum magno levamine ſputum ejicit æger, omnique tandem habetur periculo abſolutus.

Si ſputum non bene procedat, remediis Nro. 28. 29. 30. adjuvandum eſt.

Quod ſi tamen adhibitis prioribus medicamentis tuſſis nimis vehemens, ſicca, continua ægrumque defatigans haberetur, ut noctes inde redderentur inſomnes, paregoricis Nro. 31. 32. 33. mitiganda erit; ſi

vero

vero nec his datis levamen obtineretur, aut anxietas aliaque inſuper augerentur ſymptomata, plerumque lethale eſt.

Pari paſſu procedendum, dum eryſipelas ad interiora capitis recedit.

Nonnunquam magnæ & aquoſa materie repletæ in tumore eryſipelatoſo exoriuntur veſiculæ, quæ mox aperiendæ, ut acrimoniæ contentæ exitus procuretur. Sponte ſæpe ruptis veſiculis acris hæc materies effluit; quo in caſu conſultum eſt acrimoniam remedio Nro. 21. leniter eluere & ſiccos deſuper ſacculos ex farina ſecalis aut fabarum addita pauca camphora continuo applicare, eundem effectum edit conſperſio loci affecti cum pulvere Nro. 34.

Talis eryſipelatis ſpecies in fuſcam plerumque & craſſam cruſtam exſiccatur; hæc ſæpius de die aqua tepida aut lacte humectetur, ut emollita brevi decidat, ſecus non raro contenta ſub hac cruſta acris materies profunde partes arroderet, e contra nunquam talis cruſta ante tempus aut vi avelli debet; lapſus hujus cruſtæ promovetur per applicatum emplaſtrum de meliloto.

Si vero eryſipelas profunde hæreat, junctamque habeat inflammationem, non aliter ac morbus inflammatorius tractari debebit, continuoque externe ſacculi calidi herbis Nro. 35. impleti & aquæ incocti applicandi erunt ſæpiusque renovandi.

Pertinax valde eryſipelas in ſcirrhoſam tandem duritiem abit aut cancroſam, hæ indurationes feliciſſime remediis Nro. 36. 37. 38. ſi præſertim æger ſimul multum de potulentis *ſub Nro. 1. 10. 39.* aſſumat, curantur. Si vero ulcera exinde maligna enaſcerentur, hæc remedio *ſub Nro. 40.* quotidie bis depuranda, leniter eluenda, & demum linteis carptis eodem remedio madidis deliganda ſunt. Idem hoc remedium, ſi etiam ſinus & fiſtulæ adfuerint, injectionibus inſervit.

Eryſipelate in gangrænam tendente optimo cum effectu porrigitur interne cortex peruvianus, externe vero admodum bene conducunt ſacculi ex herbis Nro. 23. vino incocti applicati.

Quod ſi in ſenibus, qui felici ſanitatis ſuæ conſervatione regulari & debito ordine redeunti adſuevere eryſipelati, quodſi in-

quam

quam in his vires deſſiciant, & conſuetum eryſipelas non amplius perfecto erumpit cum levamine, purgans, niſi vires contradicant, exhibere, aut per lenia diuretica expellere de corpore acrimoniam convenit. Optimum vero poſita ſimul fontanella, diuque in fluxu conſervata fructum ſentiunt.

Sæpe adhuc aliæ obſervantur eryſipelatis ſpecies; in diverſis enim corporis plagis ſubinde plaga profunde rubra cum ſenſu ardoris ignis adinſtar & valde dolorifica elevatur, tota plaga copioſis parvis veſiculis obſita eſt, quæ acrimoniam multum prurientem & ardentem continent, & non rarò validam inflammationem ſimilemque febrem excitant. Sæpe tamen febris abeſt, ſolumque pruritus & ardor affectos indè ſummopere excruciat.

Hæc eryſipelatis ſpecies *Ignis ſacer* ſive *ſancti Antonii* appellata ſedem ſuam utplurimum in pectore figit, & ſupra dorſum ſe extendit, ſed in uno ſolum latere, quin aliud vel minime attingat, tumor parum admodum ex cute prominet, & colorem præſefert flavorubentem. Verum hæc ſpecies ſæpe in uno ſolum faciei latere, ſæ-

 piſſi-

pilſime autem in regione abdominali cinguli forma obſarvatur, unde & *Zona lata* nuncupatur.

Hæ ſpecies ſæpe valde pertinaces & ad omnem curam rebelles ſunt, nonnunquam venam ſecare ob febris vehementiam, & eidem per remedia refrigerantia & attenuantia moderamen inducere oportet. Optime proſunt longo uſu adhibita, quæ Nro. 3. 19. 20. 27. recenſentur remedia, ſi tamen hæc non ſufficientem alvum eliciant, interpoſitis vicibus purgans propinandum eſt.

Externe remedium Nro. 21. admodum levat, ſi ſæpius pars dolens hocce fomentetur.

Quod ſi vero hæc nullam adferrent medelam, præter decocta attenuantia *ſub Nro. 1. 10. 39.* memorata malum plerumque poſt uſum remediorum Nro. 41. 42. 43. fugatur.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. ij.
conſciſ. d. uſui.

Nro. 2.

℞. Lapid. cancror. gr. xx.
nitr. pur. gr. x.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 3.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora cochlear. duo.

Nro. 4.

℞. Cremor. tartar.
arcan. dupl. aâ gr. xxx.
m̄.
f pulv. pro doſi.

Nro. 5.

Nro. 5.

℞. Cremor. tartar. gr. xx.
rad. jalap. gr. xl.
m̄.
f. pulvis.

Nro. 6.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
aq. laxativ. D. V. Unc. iijβ.
m̄.
Sumat pro unico hauſtu.

Nro. 7.

℞. Fol. ſennæ Unc. β.
Mann. elect. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. miſta infunde in aq. fervid. lib. β.
relinque vaſe clauſo per ½ hor. dein colat. exhibe p. hauſtu.

Nro. 8.

℞. Rhei elect.
ſal. polychreſt. āā gr. xl.
m̄.
f. pulv. pro doſi.

Nro. 9.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac.
extract. cicutæ aâ dr. j.
maſſ. pilul. Ruff. dr. β.
elixir. proprietat. q. ſ.

m̄.

f. pilul. gr. iij.

Sumat ter de die tres.

Nro. 10.

℞. Rad. bardan. Unc. vj.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. exhibe.

Nro. 11.

℞. Hord. crud. Unc. iij.
aq. pur. lib. jv.
coq. per ½ hor. dein
colatur. lib. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.

m̄.

pro potu.

Nro. 12.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
— acetoſ. Unc. β.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 13.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 14.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. jβ.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinq. adhuc in ferv. infuſ. p. ¾ hor.
colatur lib. ij. exhibe.

Nro. 15.

Nro. 15.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
cremor. tartar. dr. jß.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein colatur. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 16.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ
per ¼ hor. dein colatur. lib. jß.
adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
Syrup. Berberum. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 17.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ per ½ hor.
dein colatur lib jß. adde:
mann. elect. Unc. ij.
Sal. polychreſt. dr. iij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 18.

Nro. 18.

℞. Prunor. exſiccat. Unc. iij.
cremor. tartar. dr. iij.
conſciſſ. miſt. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein colatur. lib. ij. exhibe.
Sumat omni hora aut bihório vaſculum.

Nro. 19.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob. ſambuc. aâ Unc. ij.
m̄.
Sumat ter vel quater de die cochlear unum, & bibat deſuper bina vaſcula de infuſo ex ſpeciebus Nro. 1.

Nro. 20.

℞. Nitr. pur. dr. jß.
roob ſambuc. Unc. iij.
m̄.
Uſus, ut prius.

Nro. 21.

℞. Aquæ font. lib. j.
acet. lytharg. dr. jß.
m̄.

Nro. 22.

Nro. 22.

℞. Ferment. pan. acid. lib. j.
ſal. commun.
farin. ſem. ſinap. aâ Unc. jß.
acet. q. ſ. ut fiat paſta.
d. uſui.

Nro. 23.

℞. Herbæ abſynth.
— ſcord.
— marrub.
— arnic. aâ M. ij.
conſciſ. miſt. d. uſui.

Nro. 24.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jß.
- conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. hor.
dein colatur lib. ß. adde:
ſachar. alb.
aq. cinamom. ſimpl. aâ Unc. jß.
m̄.
Sumat omni hora aut bihorio vaſculum tepide.

Nro. 25.

℞. Decoct. hord. lib. ijß.
vin. generoſ. Unc. iij.
m̄.
Sumat vaſculatim.

Nro. 26.

℞. Lact. recent. lib. jv.
vin. auſtriac. aut
alterius ſubacidi Unc. viij.

Bulliant ſimul per momentum, dein colloſtro lactis per colaturam ablato ſerum albumine ovorum purifica & exhibe pro potu.

Nro. 27.

℞. Flor. ſambuc. M. iij.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
inf. ſ. q. aq. fervidæ vaſe clauſo
per ¼ hor. dein colatur. lib. jß.
adde:
nitr. pur. dr. j.
roob ſambuc. Unc. iij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 28.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaphor. n̄. ablut. aâ dr. j.
oximel ſimpl.
ſyr. flor. rhœad. aâ Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear. cum vaſculo infuſ. ſpecier. herb. Nro. 1.

Nro. 29.

Nro. 29.

℞. Nitr. pur. dr. ß.
ſtib. diaphor. non ablut. dr. jß.
oximel. ſcillitic. Unc. ij.
ſyr. flor. rhœad. Unc. j.
aq. fœnicul. Unc. viij.
m̄.
Uſus, ut ſupra.

Nro. 30.

℞. Kermes mineral. gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſ.
Sumat omni bi - vel trihorio talem.

Nro. 31.

℞. Pulv. ſpec. diatrag. frig. dr. ij.
ſyr. diacod. Unc. jß.
aq. flor. rhœad. Unc. jv.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio cochlear. duo.

Nro. 32.

℞. Ol. amygd. recent. preſſ. Unc. ß.
vitell. ovor. N. j.
in mortar. marmoreo bene
ſubactis adde:
ſyr. diacod. Unc. jß.
m̄.
Pro linctu.

Nro. 33.

℞. Laudan. pur. gr. j.
ol. amygd. rec. vel
ol. lin. recent. Unc. j.
m̄.
Pro hauſtu veſpertino.

Nro. 34.

℞. Boli alb. Unc. iij.
camphor. dr. ß.
m̄.
f. pulv. tenuiſſimus

Nro. 35.

℞. Fol. malv.
flor. melilot.
— ſambuc.
hb. cicut.
— arnic. aâ M. ij.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 36.

℞. Extract. cicutæ Unc. ß.
maſſ. pilul. extr. cathol. dr. j.
m̄.
f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 37.

℞. Extract. cicut. Unc. β.
f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die duas, ſenſim augendo doſim.

Nro. 38.

℞. Sap. venet.
extr. cicut. aâ Unc. β.
m̄.
f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die tres.

Nro. 39.

℞. Seri lactis vel
Lact. ebutyrat. q. v.
Sumat pro potu.

Nro. 40.

℞. Herbæ cicutæ
flor. ſambuc. aâ M. j.
conſciſ. miſt. infunde cum ſ. q.
aq. fervid. p. ¼ hor. dein
colatur lib. jβ. adde:
mel. pur. Unc. jβ.
m̄.

Nro. 41.

℞. Scammon. dr. j.
flor. ſulph.
magneſ. nitr. aâ Unc. β.
m̄. f. pulv.

Sumat ter de die parvum cochlear. & bibat deſuper bina vaſcula ex infuſo ſpec. ſeq.

℞. Rad. bardan. Unc. vj.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſ. exhibe.

Nro. 42.

℞. Cremor. tartar. dr. iiſ.
conſerv. naſturt. aquat.
——— cochlear. aâ Unc. jβ.
m̄.

Sumat omni trihorio parvum cochlear.

Nro. 43.

℞. Extract. aconit. gr. β. vel gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſimus.

Sumat quotidie bis vel ter unum.

De

De Apoplexia.

Si quis ſubito omnibus privatus ſenſibus, comatoſus, ſine ſenſu & motu jaceat proſtratus, aut ſubito ſæpe cadens cum difficultate & ſtertore reſpiret, apoplexia tactus eſſe dicitur.

Nonnunquam morbi hujus acceſſus adeo inopinatus eſt & vehemens, ut hi homines ſimul atque vita priventur; nonnunquam per aliquot horas aut plures adhuc vivunt dies, vel iterum ad ſe redeuntes ſanantur.

Dum reſpiratio adeo difficilis & inæqualis eſt, dum ronchos ægri continuo trahunt, ſtertores ducunt, & ad os ſpumant, nullum ſenſibilitatis ſignum præbentes cum pulſu inæquali, celeri, debili & intermittente, facie inflata nigro cæruleſcente, atque per totum corpus in artubus præcipue mucoſo fætente & frigido ſudore apparente, excrementis inſcio ægro dimiſſis, & deglutione plane ablata, mala eſt prognoſis, morbus enim plerumque lethalis evadit.

Si vero ſymptomata adeo vehementia non ſint, & poſt requiſita & genuina auxilia præſtita brevi aliquod obſervetur levamen, magna ſpes affulget.

Sæpe acceſſus apoplectici admodum leves ſunt, ægri cito ad ſe redeuntes ſolummodo de corporis debilitate & delaſſatione artuum conqueruntur. Nonnunquam vero mente quidem ſibi conſtant, ſed lingua balbutiunt, aut una vel altera pars corporis paralytica manet.

Leviora hæc ſymptomata non raro futurum longe validiorem prænunciant acceſſum, qui frequenter admodum totius corporis aut unius ſaltem lateris relinquit paralyſim, imo mortem ipſam adferre valet.

Plerumque in capite apoplexia interemptorum vaſa ſanguinea multum dilatata ſpiſſo infarcta ſanguine reperiuntur, aut effuſus in cavis encephali cruor aliave aquoſa mucoſa materies maxime in ventriculis cerebri, ſæpe & pus extravaſatum cernitur.

Similes cauſæ cerebrum comprimunt, & medullam ſpinalem, unde nervi ſuam exinde deducentes originem actione privantur, & immobilitas ſenſuumque hebetudo deri-

derivatur. Si hæ cauſæ in principio ſtatim tam vehementes ſint, aut ſenſim tantum nanciſcantur augmentum, ut ipſum tantum cerebellum & ejus nervos comprimant, mors inevitabilis ſequetur.

At caſus exiſtunt, ubi nec in encephalo, nec in alia corporis parte mortis cauſa viſibilis deprehenditur, atque hæc apoplexia aut ex ſubita nervorum vitalium paralyſi aut ex hæmorrhagia aliave immodica evacuatione ortum duxit.

Subjecta, quibus copioſus, ſpiſſus & multum effervèſcens circulatur in corpore ſanguis, aut ea, quorum corpus mucoſis, tenacibus & aquoſis humoribus reſſertum eſt, ad apoplexiam diſpoſiti ſunt.

Præcipue dum magnum ſimul caput, collum breve & obeſum corpus habent, atque in diæta aliisque rebus vitam ducunt inordinatam, liquoribus ſæpe ſpirituoſis abutuntur, ſubita & validiſſima in ſe ſuſcipiunt corporis exercitia, aut otioſam menſæ lautæ vive[illegible]ngunt normam, quibus acced[illegible] vel [illegible]ntior & ſubitanea ira, terror &[illegible]ita diſpoſitis cauſam præbent occaſionale[illegible] morbi.

Si vero ordinatam & ſuæ idioſyncraſiæ proportionatam vitam vivant, & opportune remediis his in caſibus requiſitis utantur prophylacticis, ab hoc malo ſecuri redduntur perfecte.

Hoc in morbo accuratiſſime & perquam ſedule diſquirendum eſt, an ſanguis, an materies mucoſa, tenax, aquoſa, acris in cauſa ſit.

Nam in diverſitate hac determinanda diverſa conſiſtit medendi methodus.

Quando apoplexia a ſanguine deſumit originem, utplurimum ægri antea pondus ſentiunt & obtuſum, tenſivum capitis dolorem, de vertigine & aurium ſuſurru conqueruntur, oculi rubent, & ſcintillantes protruduntur, memoria labilis eſt & vacillans, lingua gravis, tremula & balbutiens habetur, extrema frigida minus ſenſilia ſunt, ægri continuo ad ſomnum ſollicitantur, nihilominus ſomnus horridis & defatigantibus turbatur inſomniis, tandem niſi malo ſubito auxiliatrices admoveantur man-om ſimul ſubito omnibus ſenſibus privati crvcidunt

Si ergo ex ſignis prægreſſis & diſpoſitione ægri, ex rubro aut cæruleo colore, infla-

inflata, calente facie, ex pulſus plenitudine, fortitudine &c. cognoſcatur cauſam apoplexiæ eſſe plethoram, illico venæſectio in pede inſtituenda eſt, & ſanguinis fluxui indulgendum, donec pulſus mollis exploretur & debilior, faciesque minus colorata in pallidum mutetur.

Unde ſæpe accidit, ut mox in principio inſtituta larga venæſectio ægrum omni periculo eripiat, quamvis non raro in leve animi deliquium lapſi frigeſcant, & demum vomant; poſtmodum vero ad ſe redeunt, oculos aperiunt, magis ſibi redduntur conſcii, adſtantes intuentes agnoſcunt, aut aliqua ſaltem redeuntis ſenſilitatis ſigna præbent, quæ cuncta bonam faciunt prognoſim, malam vero, dum a celebrata larga venæſectione nullum obtinetur auxilium.

Facta venæſectione per clyſmata irritantia ut Nro. 1. & remedia attenuantia & purgantia ſanguis ſtagnans in motum cieri & a capite revelli debet, talia Nro. 2. - 3. 4. - 5. videri poſſunt, ſimulque ſinapiſmus Nro. 6. ad plantas pedum ponendus eſt.

Si iterum pulſus increſcat, plenusque fortis & tenſus perſiſtat, elapſo bihorio venæſe-

næſectio repetenda eſt, quæ omni bi- aut trihorio, prout pulſus, ægri vires & ceteræ poſtulaverint circumſtantiæ, reiteranda erit.

Quod ſi vero æger aliquod levamen inde experiatur, pulſum non amplius tam plenum, durum & tenſum habeat & bene mente conſtet, cum venæſectione caute mercandum eſt, ſed prioribus utendum remediis, donec conſtans ſubſequatur emendatio, tunc remedia in minori quantitate aut mitiora porrigi debent.

Si tamen inſtitutis ſufficienter venæſectionibus aliisque evacuationibus in auxilium vocatis nulla ſuccedebat emendatio, aut quæ in præſentia habetur, non perſtaret, ſed æger iterum mente turbaretur, aut comatoſus evaderet, laborioſeque reſpiraret &c. ad ſuras & nucham, & ſi neceſſitas exigere videatur, ad plura etiam loca veſicantia ponenda ſunt, abradendi capilli, facies ſæpius abluenda aqua frigida, & diſcutientia capiti raſo applicanda cataplaſmata; infra aures ſanguiſugæ, in capitis regione, ad humeros, brachia cucurbitæ ſiccæ aut cruen-

cruentæ adhiberi poſſunt. Uſus tamen priorum remediorum intermittendus non eſt.

Attamen ſi cunctis his adhibitis nulla notabilis & conſtans ſequeretur emendatio, parum omnino ſpei ſupereſt.

Accidit nihilominus, ut nonnunquam, dum æger agoni proximus videtur, ſubita narium hæmorrhagia exoriatur, aut alia ex capite materies defluat, aut vomitus vehemens copioſave ſe manifeſtet diarrhæa aut hæmorrhoides in fluxum naturæ ductæ cieantur, unde non raro præter omnem ſpem celere obtineatur levamen, & ſanitas integra ſæpe redeat.

Quamdiu pulſu forti perſiſtente calor internus obſervatur, a remediis calefacientibus tam externis quam internis, roborantibus ſtimulantibusve cavendum eſt, hæc enim in dato caſu nunquam ſine noxa adhiberentur.

Si vero naturæ viribus remittentibus pulſus debilis fieret, & vaccillans, remedia aliquo modo ſtimulantia, penetrantia *ſub Nro. 7. 8. 9. 10. 11.* indicantur, ad quæ nonnunquam vires increſcunt, copioſus per univerſum corpus ſudor ſequitur, & magna

exinde

exinde non raro contingit in ſanitatem mutatio, nunquam autem ſudor talis per regimen calidum exprimendus eſt.

Si tamen cuncta hæc nil prodeſſent, omnis fere ſpes abeſt.

Nonnunquam ſpecies apoplexiæ calidæ obſervatur, dum tempeſtatem calidam ſiccam ſubito excipit aër nebuloſus, humidus & frigidus.

Illi, qui hoc tempore ſubito ſeſe refrigerio exponunt, aut præter conſuetudinem negotiorum cauſa per longius tempus in tali aëre moram trahere coguntur, ſæpe hoc malo tentantur, quamvis alias nequaquam ad id prædiſpoſiti ſint.

In principio horrores experiuntur & debilitatem artuùmque dedolationem, cui brevi ſe pectoris oppreſſio, difficilis & anxia adjungit reſpiratio cum ſubſequente cephalalgia & Vertigine, tandem in una alteráve parte aut in integro nonnunquam corporis latere de immobilitate & inſenſibilitate, conqueruntur, aucta poſthac vertigine ſenſus pereunt, & æger hebes, inſenſibilis, immobilis totus procumbit.

Pulſus

Pulſus utplurimum plenus, tenſus & celer, reſpiratio difficilis habetur & laborioſa.

Poſitis his ſymptomatibus largæ & pro neceſſitate repetendæ indicantur venæſectiones.

Sæpius ſubminiſtrentur clyſmata & magna copia potulenta emollientia, attenuantia & leniter refrigerantia *ſub Nro. 2. 12. 13. 14. 15. 16. 17.* ingerantur, apponendusque ad plantas pedum ſinapiſmus.

Hiſce plerumque celeriter adfertur auxilium, ægri ad ſe redeunt, ſed vel plane loquela carent omni, vel difficulter admodum lingua loquuntur balbutiente, & illæ partes, in quibus antea de ſenſu & motu imminutis conquerebantur, communiter paralyticæ habentur omni nonnunquam ſenſu deſtitutæ.

Plures horum tunc tuſſire incipiunt, & tenax, mucoſum ſputum ejiciunt, pulſu continuo præſente febrili.

Quare prioribus inſiſtendum medicamentis, ſimulque per remedia Nro. 18. 19. 20. adjuvanda expectoratio eſt.

Hæc

Hæc remedia ſæpius tantum adferunt levamen, ut non ſolum reſpiratio reddatur facilior, ſed & partes paralyticæ iterato robur & motum ſuum recuperent.

Quamdiu tuſſis & febris ægrum vexant, à frictionibus externis remediisque ſtimulantibus abſtinere oportet, ſiquidem calida ſtimulantia interne aſſumpta morbum ſemper exaſperant.

Verum ſæpè non magna obſervatur febris, pulſusque nec plenus nec tenſus deprehenditur, tunc venæſectionem inſtituere non indicatur, ſed potulenta attenuantia leniterque reſolventia uti Nro. 14. 21. 22. habentur, ad malum hoc debellandum ſufficiunt.

Quandoque obvenit, ut poſt ſubitam refrigerationem tranſpiratione ſuppreſſa caput ita tentetur, ut homines in ſomnum labantur profundum, toti inſenſibiles decumbant, attamen reſpiratio plane libera eſt, pulſus non elevatus vixque naturali celerior exploratur; nec ulla ſeſe periculoſa manifeſtant ſymptomata.

Quo in caſu clyſma injiciatur, & de remedio *ſub Nro. 17. 22. & 23.* ſedule hau-

hauriendum detur, inſtitutaque leni manu frictione corpus bene tegatur, ut ſenſim ſudor prorumpat, qua methodo cito admodum & facile hi ægri reſtituuntur.

Non minus in hoc caſu cuncta nocerent ſtimulantia, niſi ſubjectá frigidi admodum & mucoſi forent temperamenti, tunc ea, quæ Nro. 7. 8. 9. recenſentur, propinari poſſunt, & niſi hic cito levamen procuretur, veſicantia ſuris admovenda, & frequentiora ſubminiſtranda ſunt enemata.

Apoplexia frigida ſeu mucoſa ii ſolum afficiuntur, quorum corpus mucoſis, tenacibus humoribus ſcatet, aut qui debilem, diſſolutum, aquoſum vel & acrem in vaſis ſuis ſanguinem vehunt.

Sæpe encephali vaſa tali tenaci & mucoſa materie repleta ita dilatantur, ut nervos comprimendo frigidam cauſent apoplexiam; ſæpius vero, præcipue quando ſanguis diſſolutus aut aquoſitate aut acrimonia peccat quacunque, humores hi tenues adeo in ventriculos encephali effunduntur; orta exinde apoplexia vix unquam medelam

lam agnoſcit, quæ tamen in caſu priori feliciter ſæpe adfertur.

Antequam frigida apoplexia naſcitur, communiter ſat longo tempore de magna debilitate, pondere in encephalo, de hebetudine & continuante ſæpius vertigine querelas movent afficiendi, lente memoriam amittunt, & ſub ipſiſſimo ſermone, quid ultra proferre voluerint, obliviſcuntur, multoties in profundum labuntur ſomnum, ita quidem, ut vix alicubi conſidentes jam dormientes ronchos trahant, porro omni curæ & ſollicitudinis ignari nullius inquietantur facti viciſſitudine, ſubito ſæpe una alterave pars muſculusve faciei paralyticus evadit, ſed poſt breve temporis ſpatium amiſſum denuo motum obtinet.

Qui apoplexia frigida jam tacti decumbunt, faciem collapſam, pallidam, lutei coloris habent, pulſum autem debilem, parvum, inæqualem & ſæpius intermittentem reſpirationemque laborioſam &c.

Præſentibus his ſymptomatibus nunquam venam ſecare licet, ſed clyſmata irritantia *ſub Nro. 1. 24.* injicienda, & illico veſicantia nuchæ, & ſuris applicanda veniunt,

atque

atque per remedia *ſub Nro. 3. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.* poſita revulſio humorum a capite tentetur; hinc æque nares etiam & tempora remedio *ſub Nro. 36.* perfricari poſſunt.

Si exinde æger aliquantum ad ſe redeat, aut perſpicua ſenſibilitatis præbeat ſigna, ſpes ſalutis affulget.

Debite jamjam purgato corpore remedia ſtimulantia, reſolventia, diuretica etiam exhiberi poſſunt, qualia Nro. 7. 8. 9. 10. 37. 38. videre eſt, poterit & veſicantium augeri numerus; multum ſæpe emplaſtrum Nro. 39. capillis abraſis appoſitum capiti auxiliatur.

Si ægri ſenſim exinde ad ſe redeant, iisdem continuare remediis oportet, clyſmata attamen irritantia ſæpius ac nonnulla ex recenſitis remediis purgantibus adhuc interponere licet.

Remedia magis calida & prius laudata ſtimulantia magis, non minorem hoc in caſu ac in prioribus noxam adferrent, alioquin enim his nihil proficientibus omnis ſpes deperdita habetur.

Pariter in hoc caſu reſolvuntur ſæpe in encephalo humores impacti ſubitoque & copioſe in fauces deſtillant; obſervatur æger tunc continuo deglutire, qui brevi poſt mucum copioſum tenacem aut aquoſam acrem materiem vomitu reddit aut diarrhæa.

Sæpe tale quid cum ægri levamine obvenit, ſæpe autem vires inde plurimum debilitantur, æger totis præ frigore contremiſcit artubus & emoritur.

Dum pulſus in principio admodum debilis eſt, poſt priorum autem remediorum uſum increſcit, frigidæ extremitates calefiunt, faciei color pallidus in rubrum mutatur, & æger omnia potulenta exhibita ſummo cum deſiderio, qua ſigno validæ ſitis ingurgitat, bona formetur prognoſis, inde enim naturæ refocillantur vires, & febris hoc in caſu admodum ſalutaris enaſcitur.

Prognoſis vero mala, ſi tam vehemens oriretur febris, ut ægrum in furorem adigeret, quo oblata cuncta rejiceret remedia; hoc in caſu non aliter quam in febribus acutis tractandus foret.

Qui ex frigida convaleſcunt apoplexia, multo longiori tempore ad ſanitatem viresque recuperandas, quam illi, qui ex calida ſeu ſanguinea reſurgunt, opus habent.

Dum apoplexia ægrum prehendit, qui jam a prægreſſo alio morbo multum debilitatus eſt, aut cujus humores prorſus corrupti & tam acres ſunt, ut partes ſolidas & vaſa arrodant conſequenter humorum in cerebro effuſionem efficiant, mors ſemper eſt inevitabilis.

Corpora plethorica, quæ ratione ſui temperamenti ad apoplexiam diſpoſita ſunt, malum hoc avertere poſſunt, dum diæta penitus refrigerante & attenuante utuntur, potus omnes calidos ſtimulantes, ſpirituoſos, cibos aromaticos, multum nutrientes, cunctaque diuturna tam corporis quam animi vitare ſtudeat exercitia, atque utprimum plethoram aliquam aut ſanguinis motum adauctum percipiunt, ſimul atque remedia refrigerantia, attenuantia, purgantia aſſumunt. Si hiſce plethora non minuatur, ſæpius in anno venæſectionem celebrare convenit; at nunquam ſine ratione ſufficienti venæſectionibus corpus adſuefaciendum eſt, verum

clyſmata & pediluvia hic uſum habent ſpecialem.

Quibus autem frigidus, tenax & mucoſus ſanguis in corpore circulatur, illis alimenta aromatibus acuata potusque ſpirituoſi cum temperantia concedi poſſunt; ſimul frequentius mucum incidentibus, alvum & urinam promoventibus remediis utendum eſt, ſemperque corpus motu moderato exercere debent.

Si vero hebetudo, gravitas, aut continuans obtuſus percipiatur in capite dolor, unum ſæpius de prius recenſitis remediis porrigendum eſt: quo in caſu non minus bene conducit, dum nonnunquam his ægris veſicans ad nucham ponitur, diuque in fluxu conſervatur, vel eodem cum fructu fontanella applicatur aut ſetaceum.

In cadaveribus apoplexia exſtinctorum toto ſæpe corpore etiam in facie maculæ, ſive ſtriæ nigro cæruleæ deprehenduntur; ſæpe vero præcipue in ſubjectis antea plethoricis ſanisque nunc derepente mortuis facies & oris labia bene rubre colorata permanent, nonnunquam rubedo hæc exaltatur, vel dum ſanguis diſſolvi incipit, de

plaga

plaga in plagam vaga oberrat ita quidem, ut ex apparente conſpectu quis homines hos nequaquam mortuos eſſe exiſtimaret. Sed poſt elapſas nonnullas horas ſenſim palleſcunt, & verus tandem color & fœtor cadaveroſus ſubſequuntur.

Cuncta hæc naturæ convenientia ſunt, idcirco nunquam pro re præternaturali habenda.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Sal. amar. dr. vj.
mann. — Unc. ij.
aq. pur. Unc. x.
m̄. Pro enemate.

Nro. 2.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ
per ¼ hor. dein colatur. lib. jß.
adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. elect. Unc. jß.
Syrup. Berberum. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 3.

℞. Sal polychreſt. Unc. j.
mann. elect. Unc. iij.
ſolve in
aq. font. Unc. xv.
dein adde:
ſucc. citr. aâ Unc. iij.
ſpir. nitr. dulc. gtt. xx.
m̄.
Sumat omni hora vaſculum, donec purgetur.

Nro. 4.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ per ½ hor.
dein colatur lib jß. adde:
mann. elect. Unc. ij.
Sal. polychreſt. dr. iij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 5.

℞. Cremor. tartar. dr. j.
fiat pulvis.
Detur talis omni hora, donec ſufficienter purgetur.

Nro. 6.

℞. Ferment. pan. acid. lib. j.
ſal. commun.
farin. ſemin. ſinap. aâ. Unc. jß.
acet. q. ſ. ut fiat paſta,
d. uſui.

Nro. 7.

Nro. 7.

℞. Rad. imperator.
— leviſtic. aâ dr. j.
hb. meliſſ. M. j.
conſciſſ. infunde ſ. q. aq. fervid.
per ¼ hor. vaſe clauſo, dein
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. rub. idæi Unc. jß.
liq. anod. min. gtt. xv.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 8.

℞. Rad. valerian. ſylveſtr. dr. ij.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
per ½ hor. dein col. lib. jß. adde:
ſyr. cort. aurant. Unc. jß.
m̄.
Sumat, ut prius.

Nro. 9.

℞. Camphor. gr. viij.
amygdal. dulc.
ſemin: melon. aâ Unc. j.
f. emulſio cum aq. font. dein
colatur. lib. jß. adde:
ſachar. alb. Unc. j.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 10.

℞. Aq. rutæ Unc. viij.
ſpirit. ſal. ammon. dr. iij.
acet. rutac. q. ſ.
ut fiat perfecta ſaturatio, dein adde
ſyr. V. rad. aperient. Unc. jβ.
m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 11.

℞. Extr. arnic. dr. ij.
aq. fœnicul. Unc. viij.
ſyr. menth. Unc. j.
m̄.

Sumat omni trihorio cochlearia duo.

Nro. 12.

℞. Hord. crud. Unc. iij.
aq. pur. lib. jv.
coq. per ½ hor. dein colatur
adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. aut
mel. pur. Unc. ij.
m̄.
pro potu.

Nro. 13.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
— acetoſ. Unc. β.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. ij.
m̃.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 14.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.
m̃.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 15.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̃.

Sumat omni hora duo cochlear.

Nro. 16.

Nro. 16.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. ij.
hord. crud. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
confciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. jβ.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 17.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. jβ.
glycyrrh. raſæ Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ.
per ¼ hor. colatur lib. ij. exhibe.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 18.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaph. n̄. abl. aâ dr. j.
oximel. ſimpl.
ſyr. flor. rhœad. aâ Unc. jβ.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.

Sumat omni bihorio cochlear. duo cum vaſculo infuſi ſpecierum herbarum Nro. 23.

Nro. 19.

Nro. 19.

℞. Nitr. pur. dr. ß.
ſtib. diaphor. n̄. abl. dr. jß.
oximel. ſcillit. Unc. ij.
ſyr. fl. rhœad. Unc. j.
aq. fænicul. Unc. viij.

m̄.

Uſus ut ſupra.

Nro. 20.

℞. Oximel. ſimpl. Unc. ij.
aq. flor. rhœad. Unc. vij.

m̄.

Sumat omni bihorio cochlearia duo.

Nro. 21.

℞. Rad. bardan. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
rad. fœnicul. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ.
per ¼ hor. dein colatur lib. ijß.
adde:
ſyr. fumar. Unc. ijß.
liq. terr. fol. tart. dr. iij.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 22.

℞. Rad. V. aperient. aâ dr. iij.
conſciſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
per ½ hor. dein colatur. lib. ij.
adde:
liq. terr. fol. tart. dr. iij.
ſyr. fœnicul. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bi- vel trihorio vaſculum tepide.

Nro. 23.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. jß.
conſciſ. exhibe.

Nro. 24.

℞. Sap. venet.
ſal. commun. aâ Unc. ß.
ſolve in
aq. fontan. lib. j.
dein adde:
mel. Unc. ij.
m̄.
Pro enemate.

Nro. 25.

℞. Cremor. tartar. gr. xx.
rad. jalap. gr. XL.
m̄.
f. pulvis.

Nro. 26.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
aq. laxativ. D. V. Unc. iijβ.
m̄.
Sumat pro unico hauſtu.

Nro. 27.

℞. Fol. ſennæ Unc. β.
Mann. elect. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. miſt. infund. in aq. ferv. lib. β.
relinque vaſe clauſo p. ½ hor.
dein colatur exhibe.
Pro hauſtu.

Nro. 28.

℞. Pulv. rad. jalap. gr. L.
mercur. dulc. gr. v.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 29.

℞. Scammon. gr. xv.
reſin. jalap. gr. v.
mercur. dulc. gr. iij.
ſachar. alb. gr. xx.
m̄.
f. pulv. tenuiſſimus pro doſi.

Nro. 30.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
pulv. rad. jalap. dr. jß.
conſerv. fumar.
——— naſturt. aquat. aa Unc. jß.
ſyr. V. rad. aperient. q. ſ.
m̄.
fiat conſerva
Sumat omni trihorio parvum cochlear.

Nro. 31.

℞. Rad. jalap. dr. j.
f. pulv. p. doſi.

Nro. 32.

℞. Syr. de ſpin. cervin. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. jß.
m̄.
Sumat pro doſi.

Nro. 33.

℞. Scammon.
reſin. jalap. aa gr. xij.
ſachar. alb. gr. x.
m̄.
f. pulvis tenuiſſimus p. doſi.

Nro. 34.

Nro. 34.

℞. Reſin. jalap. gr. xx.
ſolve in
ſpir. juniper. dr. ij.
dein adde:
ſyr. fœnicul. Unc. ß.
m̄. pro doſi.

Nro. 35.

℞. M. P. extr. cathol. P. P. dr. ß.
f. inde pilul. N. v.
Pro doſi.

Nro. 36.

℞. Acet. antiſept. P. P. Unc. j.
d. uſui.

Nro. 37.

℞. Camphor. gr. vij.
mucilag. gum. arab. dr. ij.
in mortario marmoreo bene ſubactis
adde miſcendo:
ſyr. ribeſ. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.
m̄.
Sumat omni hora aut bihorio unum aut duo cochlear,

Nro. 38.

℞. Aq. majoran. Unc. viij.
oximel. colchic. Unc. iij.
liq. terr. fol. tartar.
ſpir. cochlear. aä dr. ij.
m̄.

Sumat omni trihorio duo cochlear.

Nro. 39.

℞. Hydromel. infant. Unc. jv.

Sumat omni hora cochleare, donec ſufficienter purgetur.

De Paralyſi.

Paralyſis eſt virium defectus & flacciditas unius aut plurium partium corporis, unde ad motum ſuamque functionem ineptæ evadunt.

Partes tam internæ quam externæ fieri poſſunt paralyticæ.

Paralyſes internæ frequenter admodum eo ipſo momento, quo invadunt, enecant, ſemperque curatu difficiliores ſunt & periculoſæ magis, quam externæ, etſi nonnunquam

&

& externæ omnem omnino reſpuant medelam.

Sæpe omnes partes externæ paralyticæ ſunt capite ſolo libero & ſereno perſiſtente.

Nonnunquam unum tantum latus afficitur morbo, aut unica ſolum pars redditur immobilis.

Omne quod influxum liquidi nervei minuit, aut impedit, aut irritabilitatem, elaſticitatem partis alicujus in corpore humano deſtruit, cauſa eſt paralyſeos.

Si pars paralytica ſenſu adhuc prædita ſit, ſuumque calorem naturalem & totum habitum ſanæ ſimilem conſervet, curandi ratio certior & facilior futura eſt.

Si autem inſenſibilis ſimul frigeat, & emacietur, cura admodum difficilis, tarda, ſæpe etiam plane impoſſibilis eſt.

Sæpenumero paralyſis prægreſſæ apoplexiæ effectus obſervatur, nihilominus paralyſes quandoque ſine apoplexia præcedente obveniunt.

Homines hoc morbo invadendi ſæpe per aliquot dies valde bene ſe habent, præſertim hilares ſunt & alacres, optima cum

ſanitate lectum petentes bono profundoque ſomno merguntur, dum autem evigilant, jam nonnullas partes paralyticas reperiunt.

Alii vero ſat longo prius tempore perſtantem cephalalgiam, vertiginem & capitis experiuntur gravitatem, non raro oris labia in unum aut alterum diſtorquentur latus, in nonnullis partibus, quæ brevi poſthac paralyticæ evadent, ſpecialem quamdam laſſitudinem, pondus, immobilitatem ſentiunt aut ſubſultus &c.

Paralyſes nondum inveteratæ faciliorem plerumque admittunt curam, quam quæ jam temporis invaluere mora. Verum in ſenibus & ſubjectis minus ſanis paralyſeos cura ſemper majoris momenti habetur, quam apud juvenes, robuſtos & bona cæterum ſanitate gaudentes.

Illæ etiam paralyſis ſpecies ſemper aliis longe pertinaciores ſunt, quæ frigidæ apoplexiæ ſuccedunt, aut ex mucoſo, tenaci, aquoſi, acri, diſſoluto ſanguine ortum ducunt, quam illæ, quæ plethoram calidamque ſpiſſitudinem pro cauſa proxima agnoſcunt.

Poſt atroces, diuturnos morbos aut immoderatas evacuationes obvenientes paralyſeos & a debilitate univerſali dependentes ſine peculiari auxilio curantur, dum corporis augentur vires, & per alimenta eupepta deperditi iterum reſtituuntur humores.

Obſervatur quandoque partes nonnullas paralyticas fieri a pulmonibus muco tenaci repletis, in hoc caſu paralyſi peculiarem curam facere neceſſe non eſt, ſed per remedia ſolum attenuantia uti Nro. 1. 2. 3. 4. 5. ſputa promovenda ſunt, habeturque communis animadverſio, ut exinde non tantum pulmo liberetur, & tuſſis minuatur, ſed ſenſim etiam paralyſis evaneſcat.

Perincioſum admodum eorum præjudicium eſt, qui ſtatuere volebant omnem a debilitate, flacciditate & partium relaxatione dependere paralyſim, hancque per ſtimulantia, calida & roborantia medicamenta tractari & curari debere.

Utplurimum calida hæc & ſtimulans curandi methodus noxia eſt, non raro enim morbum exaſperat, & febrem ſæpe acutam, pernicioſam ſemper excitat.

Hinc in eo præcipue cardo rerum verſatur, ut in omni paralyſi ægri conſtitutio, ſymptomata tum prægreſſa tum præſentia in ſedulam omnino ducantur conſiderationem, cauſa conſequenter morbi perſcrutetur quam exactiſſime.

Dum æger pulſu pleno & forti, ſanæ & plethoricæ deprehenditur conſtitutionis, mox venam ſecare & per notabile tempus remedia emollientia & reſolventia *ſub Nro. 1.-6.-7.-8.-9.* adhibere convenit; prætereaque, ſi alvus ſat libera non habeatur, remedium nonnunquam purgans Nro. 10. 11. 12. 13. propinari poteſt. Uſu horum continuato magna perſæpe in partibus paralyticis obſervatur mutatio, fugax ſcilicet & pungens nonnunquam dolor exoritur, major poſtea ſenſilitas ſubſequitur & motus, quibus ſignis apparentibus prioribus ſolum inſiſtendum eſt remediis, ſimul mane ac veſperi pars paralytica panno laneo perfricari poteſt.

Hac methodo in his ſubjectis cura feliciter abſolvitur.

Si vero adhibitis prius laudatis remediis notabile levamen non ſuccedat, nec pulſus ple-

plenus & tenſus exploretur, ad ſtimulantia tandem remediaque penetrantia devenienendum eſt, quare ſimilibus ægris remedia Nro. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. cum vaſculo de Nro. 21. 22. 23. optime exhibentur; affectam quoque partem bis de die ſuavi manu remedio Nro. 24. aut 25. perfricare oportet.

Quod ſi autem poſt adhibita hæc penetrantia æger de pectoris ardore aut calore interno conqueratur, motus humorum multum in pulſu obſervetur acutus, potulentorum Nro. 21. 22. 23. loco illa uſuveniunt, quæ Nro. 1. 26. 27. 28. recenſentur, & alvum, ſi adſtricta ea eſſet, purgans ex ante memoratis perquam bene reſerat; hac methodo pergitur, donec integra redierit ſanitas.

Quando vero corpora non plethorici, ſed frigidi habentur temperamenti, tumida aut muco tenaci infarcta ſunt, præprimis conveniens eſt per aliquot tempus Nro. 29. 30. 31. 32. enarratis uti remediis. Frictiones pannis laneis bene perfumatis inſtitutæ curam ſemper felicem accellerant.

Nonnunquam hæc ſola ad morbum debellandum ſufficiunt remedia, quodſi non obveniat, enarrata prius remedia ſtimulantia & quæ hujus generis ſunt, tentanda erunt.

Sæpe cura facilitatur, dum partibus affectis veſicans apponitur, aut roborantibus *ſub Nro. 24. 25.* partes paralyticæ perfricantur.

Nonnullis thermæ ſulphureæ, aliis vis electrica profuit.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ per ½ hor.
dein col. lib. jß. adde:
nitr. pur. dr. j.
oximel. ſimpl. Unc. ij.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 2.

Nro. 2.

℞. Nitr. pur.
ſtib. diaphor. n̄. abl. aâ dr. j.
oximel. ſimpl.
ſyr. flor. rhœad. aâ Unc. jβ.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.

Sumat omni hora cochlearia duo cum vaſculo infuſi ſpec. herb. ſeq. fl. ſambuc. fol. malv. aâ M. jβ.

Nro. 3.

℞. Nitr. pur. dr. β.
ſtib. diaphor. n̄. abl. dr. jβ.
oximel. ſcillitic. Unc. ij.
ſyr. flor. rhœad. Unc. j.
aq. fœnicul. Unc. viij.
m̄.
Uſus, ut ſupra.

Nro. 4.

℞. Kerm. mineral. gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄.
f. pulvis tenuiſſimus

Sumat omni bi - aut trihorio talem.

Nro. 5.

℞. Rad. V. aperient. aâ dr. iij.
conſciſ. infunde ſ. q. aq. fervid.
p. $\frac{1}{4}$ hor. dein colatur lib. ij.
adde :
liq. terr. fol. tart. dr. iij.
ſyr. fœnicul. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bi- vel trihorio vaſculum calide.

Nro. 6.

℞. Rad. gramin. Unc. ij.
— acetoſæ Unc. β.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per $\frac{1}{2}$ hor.
dein colat. lib. ij. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſior. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 7.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob ſambuc. Unc. ij.
ſyr. berber. Unc. j.
aq. flor. ſambuc. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni hora cochlearia duo.

Nro. 8.

℞. Prunor. exſiccat. Unc. iŋ.
hord. crud. Unc. jβ.
cremor. tartar. dr. iij.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. j.
ſyr. ribeſ. Unc. jβ.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 9.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein colatur lib. jβ. adde:
nitr. pur. dr. jβ.
mann. elect. Unc. jβ.
ſyr. berber. Unc. j.
m̄.
Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 10.

℞. Cremor. tartar.
arcan. duplic. aā gr. xxx.
m̄.
Fiat pulvis.

Nro. 11.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
aq. laxativ. D. V. Unc. iijß.
m̄. Sumat pro unico hauſtu.

Nro. 12.

℞. Fol. ſenn. Unc. ß.
mann. elect. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſſ. miſt. infunde in aq.
fervid. lib. ß.
relinque vaſe clauſo per ½ hor.
dein colatur. exhibe.
Pro hauſtu.

Nro. 13.

℞. Cremor. tartar. dr. j.
fiat pulvis
Detur talis omni hora, donec ſufficienter purgetur.

Nro. 14.

℞. Gumm. ammoniac.
—— galban. aâ dr. jß.
camphor.
caſtor. aâ gr. xv.
M. P. Ruff. dr. ß.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij
Sumat ter de die pilulas tres, & qualibet vice bibat vaſculum infuſi ex ſpeciebus Nro. 23.

Nro. 15.

℞. Aq. rut. Unc. viij.
ſpir. ſal. ammoniac. dr. iij.
acet. rutac. q. ſ.
ut fiat perfecta ſaturatio, dein adde:
ſyr. V. rad. aperient. Unc. jß.

m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 16.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac.
extr. cicut. aâ dr. j.
M. P. Ruffi dr. ß.
elixir. proprietat. q. ſ.

m̄.

f. pilul. gr. iij.

Sumat ter de die tres.

Nro. 17.

℞. Extr. arnic. dr. ij.
aq. fœnicul. Unc. viij.
ſyr. menth. Unc. ij.

m̄.

Sumat omni trihorio duo cochlear.

Nro. 18.

℞. Extract. aconit. gr. β. vel gr. j.
ſachar. alb. gr. x.
m̄. f. pulv. tenuiſſimus.
Sumat quotidie bis vel ter unum.

Nro. 19.

℞. Oximel. ſcillitic. Unc. iij.
ſpir. cochlear. Unc. j.
aq. ſalviæ. Unc. viij.
extr. arnic. dr. jβ.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlear duo.

Nro. 20.

℞. Camphor. dr. iij.
ſpir. vin. rectif. q. ſ.
ut f. pilul. gr. iij.
Sumat ter de die duas, ſenſim augendo doſim, ſi opus eſt.

Nro. 21.

℞. Rad. imperator.
— leviſtic. aâ dr. j.
hb. meliſſ. M. j.
conſciſſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
vaſe clauſo per ¼ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
ſyr. rub. idæi Unc. jβ.
liq. anod. min. gtt. xv.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 22.

Nro. 22.

℞. Rad. valer. ſylv. dr. ij.
conſciſſ. infunde ſ. q. aq. fervid.
vaſe clauſo per ½ hor. dein
colatur. lib. jß. adde:
ſyr. cort. aurant. Unc. jß.
m̄.
Uſus, ut prius.

Nro. 23.

℞. Herbæ meliſſ.
— rut.
— ſerpill. aâ M. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 24.

℞. Aq. deſtill. pulſat. nigr. Unc. vj.
d. uſui.

Nro. 25.

℞. Aq. majoran. Unc. x.
ſpir. cochlear. Unc. j.
— therebinth. dr. ij.
m̄.
d. uſui.

Nro. 26.

℞. Rad. alth. Unc. j.
fol. alth. M. j.
conſciſſ. coq. ſ. q. aq. p. ¼ hor.
dein adde:
flor. alth. M. jß.
glycyrrh. raſ. Unc. j.
relinque adhuc in fervid. infuſ.
per ¼ hor. colat. lib. ij. exhibe.
Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

Nro. 27.

℞. Seri lactis, vel
Lact. ebutyrat. q. ſ.
Sumatur pro potu.

Nro. 28.

℞. Rad. alth. Unc. iij.
fol. alth. M. ij.
glycyrrh. Unc. j.
conſciſſ. miſt. exhibe.

Nro. 29.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
pulv. rad. jalap. dr. jß.
conſerv. fumar.
—— naſturt. aquat. aâ Unc. jß.
ſyr. V. rad. aperient. q. ſ.
m. fiat conſerva.
Sumat omni trihorio parvum cochlear.

Nro. 30.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
conſerv. fumar.
—— naſturt. aquat. aâ Unc. jß.

m̃.

Sumat omni bi- aut trihorio parvum cochlear.

Nro. 31.

℞. Camphor. ſ. q.
ſpirit. vin. ſuaſt. dr. j.
unguent. de arthanit.
—— de alth. aâ dr. vj.

m̃.

Nro. 32.

℞. Sal. polychreſt.
pulv. rad. jalap.
— — valerian. ſylv. aâ dr. j.
oximel ſquillitic. Unc. jv.

m̃.

Sumant adulti ter de die cochleare, infantes omni bihorio cochlear. parvum.

De Epilepſia.

Homines epilepſia laborantes ſubito concidunt ſenſibus tam externis quam internis ammiſſis, pollices verſus volam manus introtrahunt, ore ſpumant, ex toto ſimul corpore ſpaſmis violentis torquentur & convulſionibus validis.

Morbus hic procul dubio omnium horridiſſimus & graviſſimus eſt, ſæpe admodum difficulter curam recipit, ſæpe prorſus nullam.

Utplurimum ſubito & per paroxyſmos invadit, qui nonnunquam per plures excruciant affectos horas, intra paucas nonnunquam terminantur.

Quando ægri, abſoluto paroxyſmo in integrum mente ſibi conſtant, caput ſerenum ſentiunt, major ſpes futuræ ſanationis affulget, quam ſi paroxyſmo quamvis finito diu adhuc hebetes, vertiginoſi menteque debiles permaneant.

In infantibus hic morbus utplurimum facilius tollitur, quam in adultis. Malum tamen omen eſt, dum hic ultra pubertatis excurrit annos.

Non-

Nonnulli intra annum ſemel tantum aut binis vicibus, appropinquante plerumque vere & autumno paroxyſmum experiuntur, alii utplurimum ſingulis menſibus circa tempus plenilunii, omni ſeptimana alii, imo nonnulli omni ſecunda aut tertia die vel & quotidie hujus excruciantur paroxyſmo.

Nunquam tamen paroxyſmus valde habetur irregularis, non diu ſilet, quin ægrum improviſe adoriatur, diuque & vehementer affligat. Quandoque per aliquot continuos dies aut eodem etiam die ſæpius ægros paroxyſmus aggreditur, qui tamen deinde per longius iterum tempus exulat.

Quandoque ægri ante paroxyſmi adventum nonnullas obſervant moleſtias, ex quibus futurum inſtare paroxyſmum prædicere noverunt.

Admodum frequenter nihil omnino obſervant, & hilares perfectaque ſanitate gaudentes videntur, ſubito vero oculos rotant, aut in facie palleſcunt, & multis præſentibus nemine opinante concidunt, ut exinde non parvus adſtantibus incutiatur terror, nec pauca exſtant exempla, ubi excitato tali terrore præſentes antehac ſanitate illi-

bata præditi eodem morbo difficulter admodum poſthac curando correpti fuere. Unde ſimiles ægri, qui præſertim nulla appropinquantis paroxyſmi ſigna percipiunt, quantum poſſibile a conſortio hominum arcendi ſunt.

Parentum epilepticorum infantes ſæpe eodem morbo laborant; connata etiam habetur epilepſia, dum mater graviditatis tempore a viſo inopinate cadente epileptico ſubito & vehementi terrore percellitur, quo in caſu epilepſia fere ſemper medelam ignorat. Verum diſpoſitio interna ad hunc morbum per plures annos in talibus infantibus iners & innocua latitare poteſt, & nonnunquam per omnem vitam latitat, nec ſe manifeſtat, donec adveniente cauſa excitante hæc interna diſpoſitio in actum deducatur, morbusque producatur.

Cauſæ tales excitantes nonnunquam ſunt terror ſubitus, vehemens ira, animi affectus, curæ, ſollicitudines, multæ & protractæ vigiliæ, incaleſcentia, defatigatio, veneris abuſus bonique vitæ regiminis, cibi potusque ſtimulantes, inebriatio &c.

Ve-

Verum tales cauſæ ſolæ ad producendum hunc morbum non ſufficiunt, niſi antea jam in corpore prædiſpoſitio latitet.

Non raro hic morbus a præternaturali interna cranii excreſcentia, a mala capitis conformatione, a dilatatis aut induratis cerebri vaſis, ab extravaſatis in cavis cerebri humoribus, a materie acri depoſita, ab ulceribus cerebri, & non raro a vermibus ibi nidulantibus oritur: petrificationes, indurationes, oſſificationes in cerebro reperiri ſæpius datur, quæ mala epilepſiam producere valent.

Si morbus talem agnoſcat cauſam, nunquam fere medelam admittit.

Sæpe vero ex plethora, ſpiſſitudine calida, ab accumulata tenaci, ſpiſſa aut acri bile, a tenacitate aut acrimonia peccantibus, ab evacuationibus nimis copioſis, conſequenter a debilitate univerſali ortum ducit.

Nonnunquam autem morbus hic tales agnoſcit cauſas, quæ a capite & cerebro quam maxime & quam longiſſime diſtant, in alienis his partibus motum cauſant peculiarem, nervos vicinos irritant, quæ irrita-

tio cerebrum verſus extenditur, totumque ſyſtema nervoſum in ſua concutit origine, ibidemque turbas producit. & motum præternaturalem, unde omnium ſenſuum ablatio & violenta ſpaſtica plurimarum corporis partium motibus præcipue voluntariis inſervientium ſequitur contractio.

Atque hoc fit, dum cauſa in aliquo viſcere abdominali hæret, ut ſæpius in atrabiliariis, hypochondriacis ſubjectisque hyſtericis videre eſt: ita ſi ex acrimonia in ventriculo & inteſtinis aut vermibus ibi hærentibus aut ſuppreſſis hæmorrhoidibus menſtruisve originem trahat.

Epilepſia quoque naſcitur, dum ulcera vetuſta, tinea, ſcabies aliique morbi cutanei mala medendi methodo aufferuntur, aut dum miaſma venereum, podagricum ad partes internas irritabiles deponitur, aut etiam ſubito ſuppreſſo ſudore conſueto in pedibus & infra axillas, neque minus exſtincta præmature gonorrhæa aut fluore albo produci poterit.

Plures ſunt, qui certos odores ſive ex vegetabilium ſive animalium non ferunt, utprimum ſimilia olfactu ſentiunt, mox ani-

mo

mo linquunt, & exinde quandoque epilepſiæ ſpeciem patiuntur.

Ex his & ſimilibus nata epilepſia perfecte ſæpenumero ſanatur.

Pro diverſitate cauſæ erit quoque curæ diverſitas, & cognita ſemel recte cauſa præterpropter divinari poterit, an ſpes aliqua curationis adſit nec ne.

Ergo omnis cura in eo præcipue conſiſtit, ut omni induſtria morbi cauſa expiſcetur, quæ tamen ſæpe adeo ſepulta jacet, ut etiam Medicus in ſcientia ſua peritiſſimus & ſagaciſſimus huic evolvendæ par non ſit.

Unde in epilepticis bene conſiderandum eſt, primo: ſtatus eorum, dum a paroxyſmo penitus liberi ſunt, & ſani videntur, ſecundo: ſtatus eorum, dum paroxyſmus accedit, tertio: ſtatus eorum, dum revera a paroxyſmo torquentur.

Ex his debite inſtitutis & continuatis obſervationibus ſæpe felix ſequela quoad curationem erui poteſt, etſi cauſam paroxyſmi perſcrutari poſſibile non foret.

Dum igitur epilepticus omni paroxyſmo liber eſt, adlaboretur, oportet, ut cuncta ea auſſerantur & impediantur, quæ pa-

roxyſmum iterum reſuſcitare aut ad minimum accellerare poſſent.

Si plethora adſit aut ſanguinis ſpiſſitudo, ſecundum vires & plethoram una aut pluribus vicibus vena ſecanda eſt, ſi hæmorrhoides tumeant, aut ex ſignis intelligitur naturam per easdem exonerare ſuperfluos humores conari, applicandæ his erunt ſanguiſugæ, dandaque præterea remedia attenuantia, refrigerantia & leniter purgantia ut Nro. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. recenſentur, donec iterum paroxyſmus recurrat, aut ſaltem tamdiu, donec æger in eo ſtatu eſſe videatur, ut ratione plethoræ paroxyſmus amplius reſuſcitari nequeat.

Si tamen paroxyſmus reverteretur, ſed minori vehementia diuturnitateque minori, iisdem terminato paroxyſmo utendum erit remediis, ut denuo, ſi neceſſe videatur, venæſectio & ſanguiſugæ in auxilium vocari poterunt. Sed debite attendendum, ne tanta ægro inducatur debilitas, qua morbus forte exaſperetur.

Hac igitur methodo epilepſia ex plethora ſolum & ſpiſſitudine ſanguinis calida nata perfecte ſæpe ſanatur.

Per

Per eadem remedia radicitus evellitur, quæ in ſubjectis atrabiliariis a ſpiſſa aut acri bile ortum ducit epilepſia, verum in hoc caſu venæſectio rarius indicata eſt.

Non minus illis prodeſt, qui abdomen durum & tenſum gerunt, quorum inteſtina mucus craſſus, tenax opplet & obſtruit, quamvis in hoc caſu etiam remedia Nro. 9. 10. 11. 12. 13. ſæpe optimo cum effectu adhibeantur.

Si vero ſubjectum hypochondriacum aut hyſtericum fuerit, hepatis ſimul aut lienis adſit induratio, pilulæ *ſub Nro. 14. 15. 16.* multum conducent, ſed longus ſatis harum uſus requiritur.

Quodſi autem nulla reperiatur induratio, ſed totus morbus ſolum a nimia irritabilitate aliisque inordinatis nervorum motibus dependeat, remedia, qualia Nro. 17. 18. 19. 20. præſcribuntur, porrigenda ſunt; ſi hæc alvum non ſatis ſervarent apertam, injiciendum ſæpius clyſma, aut lene purgans propinandum erit. Moderatus corporis motus, gratæ peregrinationes aërisque mutationes hiſce corporibus ſummam utilitatem adferunt.

Dum autem debilitas aut partium ſolidarum, nervorum præſertim advertitur laxitas, remediis Nro. 21. 22. 23. 24. robur addendum eſt.

Si tamen hæc debilitas ex prægreſſis copioſiſſimis evacuationibus uti ſunt hæmorrhagiæ, diarrhææ, ſudor continuus &c. oriatur, ut proprie Keneangeia adeſſet, in principio corpus levibus facilis digeſtionis multi tamen nutrimenti cibis replendum eſt, ut ſic iterum, quod per nimias evacuationes deperditum eſt, reſtituatur, ſed hæc parva manu & iteratis de die vicibus porrigenda ſunt. Lac pro potu hic maximi uſus eſt, præcipue dum lac mox mulſum adhibetur, quare his ægris nutrix convenientiſſimum & ſæpe unicum conſtituit remedium, præterea his nihil accidere poteſt ſalubrius, quam ſi in aëre ruſticano vitam agant, animumque gratis & innocuis delectent objectis, & corporis lege medica inſtituant exercitium. His multi ita refocillantur, ut nullo alio medicamento opus habeant.

Ubi corpus iterum bonis ſufficienti quantitate repletum videtur humoribus, æger

æger tamen debilis perſiſtat, remedia roborantia Nro. 21. 22. 23. porrigantur, convenit, verum exhibita hæc remedia, antequam corpus bonis repletum humoribus ſit, detrimento ſemper forent.

Peſſima & pertinaciſſima debilitatis ſpecies ea eſt, quæ veneris abuſum, manuſtuprationes præſertim pro cauſa agnoſcit.

Attamen & hi ægri eadem reſtitui poſſunt methodo, ſi exorbitantes refrænent ſimul cupiditates, illicitæ ſuæ conſuetudini valedicant, otiumque decentioribus fallant negotiis.

Quodſi æger non ſolum totus debilitatus & enervatus ſit, ſed adhuc acres & malæ notæ humores in corpore ſuo contineat, hi prius corrigendi ſunt, antequam deſcendatur ad roborantia.

Quid in illis agendum ſit caſibus, ubi epilepſia a præpoſtere curata ſcabie aut aliis morbis cutaneis retropulſis ulceribusque inconſiderate clauſis, a ſuppreſſo ſudore, hæmorrhoydum & menſtruorum fluxu, a vermibus, a retropulſa acrimonia venerea, podagrica, ſcorbutica &c. originem deſumit,

in

in ſpeciali capitulo, ubi de his morbis agitur, hoc ipſum invenire eſt.

Illi, qui ſua idioſyncraſia ob certos vegetabilium animaliumve odores in vehementes convulſiones cientur, ſenſibus privantur, hos omni cura evitare ſtudeant, hinc valde imprudenter agitur, dum tales ſtudio ſimilibus terrentur, vera enim exinde & immedicabilis generari poteſt epilepſia.

Peculiaris hæc idioſyncraſia tolli & præcaveri poteſt utplurimum; ſi longo tempore remedia roborantia Nro. 14. 22. 23. 24. aſſumantur. Sæpe tamen ipſa immutatur natura, ut ſenſim plane his adſuefiat rebus, quas nunquam antea ſine convulſione tuliſſet.

In hactenus recenſitis caſibus malum præcaveri, ſæpe etiam felici cum ſucceſſu tolli poteſt, cum cauſa morbi nota ſit, aut quid agendum ſit, ſymptomata doceant.

Sæpe epileptici tempore intercalari ſanitate gaudent integerrima, nec ulla, quæ medelæ admonerent, eamque indicarent, apparent ſigna: tum videndum eſt, qua ratione tempore inſtantis paroxyſmi ſe habeant.

Si tunc æger anxietates in abdomine, in hypochondriis præcipue ſentiat, appetitum habeat deletum, conatum vomendi percipiat, & alia oppleti ventriculi aut inteſtinorum experiatur indicia, emetico aut purgante *ſub Nro. 25. 26. 27. 28.* peccantem e corpore materiem eliminare neceſſum eſt; binis igitur aut ternis continuo diebus pro ratione circumſtantiarum tale remedium exhiberi poterit.

Si vero nonnullis ante paroxyſmum diebus de cephalalgia, vertigine, calore capitis quærelas æger moveat, oculi rubeant, pulſus plenus & tenſus ſit, tunc aut venam ſecare, aut applicare ſanguiſugas aut per priora remedia Nro. 2. 3. 4. 5. 6. 7. corpus deplere, ſanguinem attenuare & impetum caput verſus diminuere oportet; præterea bis in die balneum pedum indicatum bene adhibetur.

Si tamen nulla accumulati in encephalo ſanguinis ſigna adeſſent, ſed alia potius acrimonia aut humiditas cauſa hujus mali eſſe videretur, æger palleſceret, facies haberetur tumidula, caput grave perciperetur & hebes, continua obſervaretur in ſomnum pro-

proclivitas &c. emplaſtrum veſicans ad nucham applicare, fortiora purgantia Nro. 25. 29. 30. 31. porrigere, ſuris ſinapiſmum admovere, & bis de die per unam alteramve horam pediluvio uti convenit.

Terminato paroxyſmo tempore intercalari, ſi vires non contradicant, purgans exhibendum eſt, hic præcipue fontanella aut ſetaceum laudem merentur, ſed per annos fluant, oportet.

Si autem æger in hac aut illa parte corporis peculiarem ante paroxyſmum dolorem ſentiat, & ſimul ex illa parte aliquid verſus caput quaſi aſcendere animadvertat, quod ſubito paroxyſmum provocet, hanc partem ſupra doloris originem ligare, fortiterque comprimere frequenter juvat impediendo paroxyſmum, verum tale quid non facile niſi in brachiis & pedibus præſtatur, ſi ergo pars foret, in qua preſſio aut ligatura locum habere nequit, mox, utprimum dolor aut alia particularis percipitur ſenſatio, cucurbitæ ſiccæ aut emplaſtrum veſicans illi applicandum parti, nec non, ſi loci ſitus admittat, partis affectæ inciſio tentari poteſt vel aduſtio.

Verum

Verum ſæpius contingit, ut nec tempore intercalari nec ante paroxyſmum ulla ſe manifeſtent indicia, ex quibus ſive medendi ſive præcavendi ratio intelligi poſſet, in hiſce caſibus remedia Nro. 10. 17. 18. 19. 20. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. tentari poſſunt.

At hujusmodi remediorum longus requiritur uſus, donec, an in præſenti ægro ſufficiant nec ne, certitudo habeatur.

Durante quolibet paroxyſmo cura præcipua eſſe debet, ne æger violentis ſe vulneret jactirationibus, ne forte capite artubusve in dura impingant obſtacula; hinc, ſi poſſibile, molli imponatur lecto paroxyſmo afflictus epilepticus, cuncti corporis motus obſerventur exactiſſime, corpus totum & artus ita molli & cauta dirigantur manu, ne irruendo ſe lædat; violenta pollicum extractio nociva magis quam proficua eſt.

Sæpe dentes adeo vehementer ad ſe invicem apprimuntur, ut vitri adinſtar diſſiliant, aut linguam commordeant ægri, unde adlaborandum eſt, ut a ſe invicem molli manu diducantur dentes, & aliquod corpus interponatur; dura hic inutilia forent,

ſed

ſed ſuber, firmiter convoluta lintea convenientiſſima ſunt, ſolum attendendum, ne talia mole ſua reſpirationi impedimento ſint, aut quod exigua nimis adhibeantur, parum juvent, aut plane deglutiantur, hinc vel cauta manu tenenda aut longo filo alliganda ſunt.

Multum præterea hiſce prodeſt, ſi continuo aëri libero & puro exponantur, facies ſæpius frigida abluatur, & nares, frons, tempora aceto Nro. 40. probe perfricentur. Si debiles ſint, ſpiritus C. C. aut alii volatiles naribus ſubmoventur ſpiritus, qui etiam pro inunctione harum partium inſerviunt, nec non aliquot guttulæ cum cochleari aquæ ori infundantur; attamen nimis volatilibus ſpiritibus ægris his nimius calor conciliari non debet; in ſubjectis hypochondriacis, hyſtericis caſtorei aut aſæ fætidæ odor ſæpe promptiſſimum adfert auxilium.

Non raro tales ægri, poſteaquam aliquo tempore paroxyſmus deferbuit, ad ſe redeunt, loquuntur, & ad interrogata recta & clara reſponſa reddunt, ſed nervorum adhuc continuant ſubſultus, in hoc caſu reme-

remedia *ſub Nro. 18. 41. 42.* indicata habentur.

Finito paroxyſmo ſimiles ægri plerumque capitis & corporis debilitatem experiuntur, hinc leniter roborantia Nro. 43. & 44. propinanda ſunt, quibus, ſi non refocillentur, illa, quæ Nro. 21. 45. 46. 47. memorantur, exhibenda veniunt.

In triſtibus, melancholicis, hyſtericis totus ſæpe morbus ab exorbitante ſolummodo meditatione, puſilanimitate aut imaginatione phantaſmatum dependet; nonnunquam in perverſa & falſa ſua idæa eo excurrunt dementiæ, ut a dæmone ſeſe obſeſſos, ſagisque vexari credant firmiſſime.

In hoc caſu medicamenta admodum parum præſtant, multum boni nihilominus remedia Nro. 17. 18. 32. in ſimilibus efficiunt. Si vero magna cum fortuna, ut argumentorum efficacia, promiſſionibus, fiducia ſpeciali, fallacia, peregrinationibus, aëris mutationibus &c. in ægro tali cogitandi modum inverti, aliisque mens diſtrahi poſſit objectis, utplurimum ſine omni medicamento medela lata eſt, & ſponte ſua conva-

convaleſcet æger, neque tamen hoc idcirco cauſæ cuidam præternaturali adſcribi debet.

Verum dantur tantæ malitiæ homines, qui, ut adſtantium erga ſe excitent miſericordiam, pecunias expiſcentur, aut aliud intentum conſequantur, in modum paroxyſmo vero epileptico laborantis adamuſſim corpus effingere noverunt.

Si tales fraudulenti homines tempore ſimulati paroxyſmi examinentur, advertitur eos mente penitus conſtare, & tam aſtute ſolliciteque corpus undique dirigere, ut ſub maximo furore nec caput nec artus alliſione offendant, aut ad dura corpora ſe vulnerent; quo major his compatiens oſtenditur animus, eo magis furere contendunt, in initio paroxyſmi pulſus penitus naturalis eſt, ab admoto oculis lumine pupilla contrahitur, anguſtatur, quæ in vera epilepſia affectis ad omnia ſimilia perſiſtit immutata, hi, ſi adurantur, aut unguibus vehementius ſcalpentur, &c. ſubſiliunt, aliaque percepti ſenſus dolorifici ſigna præbent.

Si certum ſit fictam eſſe epilepſiam, ipſa hæc diuturnis jejuniis, publicis & ſe-

veris

veris aliorum in exemplum caſtigationibus medelam non novit aptiorem.

Eadem methodo procedendum eſt cum illis, qui ſe aut dæmone obſeſſos aut ſagas eſſe aſſerunt.

FORMULÆ.

Nro. 1.

℞. Cremor. tartar. dr. ij.
pulp. prunor.
roob ſambuc. aâ Unc. ij.

m̄.

Sumat ter vel quater de die cochleare unum, & bibat deſuper bina vaſcula de infuſo ex ſpec. ſequent.

℞. Flor. ſambuc.
fol. malv. aâ M. jß.
conſciſ. exhibe.

Nro. 2.

℞. Tamarindor. Unc. ij.
rad. alth. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ
per ¼ hor. dein colatur. lib. jß.
adde:
nitr. pur. dr. jß.
mann. cleſt. Unc. jß.
Syrup. Berberum. Unc. j.

m̄.

Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

Nro. 3.

℞. Seri lactis, vel
Lact. ebutyrat. q. ſ.
Sumatur pro potu.

Nro. 4.

℞. Nitr. pur. dr. j.
roob. ſambuc. Unc. jv.
ſyr. diacod. Unc. j.
aq. deſtillat. ſimpl. Unc. xv.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 5.

℞. Rad. gramin. Unc. iij.
rad. cichor. Unc. j.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. p. ½ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
ſal. polychreſt. dr. iij.
ſyr. V. rad. aperient. Unc. ij.
m̄.

Sumat omni bi - aut trihorio vaſculum.

Nro. 6.

℞. Rad. alth. Unc. ij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein colatur. lib. jβ. adde:
mann. elect. Unc. ij.
ſal. polychreſt. dr. iij.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 7.

℞. Nitr. pur. dr. jβ.
roob ſambuc. Unc. iij.
m̄.

Sumat quater de die cochlear, & bibat deſuper vaſculum j. aut ij. infuſ. ut Nro. 1.

Nro. 8.

℞. Prunor. exſiccator. Unc. iij.
cremor. tartar. dr. iij.
conſciſ. coq. ſ. q. aq. per ½ hor.
dein colatur. lib. ij. exhibe.
Sumat omni hora aut bihorio vaſculum.

Nro. 9.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
ſyr. V. rad. aperient. Unc. ij.
aq. menth. Unc. viij.
m̄.
Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 10.

℞. Extr. arnic. dr. ij.
aq. fœnicul. Unc. viij.
ſyr. menth. Unc. ij.
m̄.
Sumat omni trihorio duo cochlear.

Nro. 11.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
conſerv. fumar.
—— naſturt. aquat. aā Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bi- aut trihorio parvum cochlear.

Nro. 12.

Nro. 12.

℞. Aq. meliſſ. Unc. v.
ſyr. fumar. Unc. iij.
liq. terr. fol. tartar. dr. iij.

m̄.

Sumat omni bihorio duo cochlear.

Nro. 13.

℞. Cremor. tartar. dr. iij.
conſerv. naſturt. aquat.
——— cochlear. aa Unc. jß.

m̄.

Sumat omni trihorio parvum cochlear.

Nro. 14.

℞. Gumm. ammoniac.
—— galban. aâ dr. jß.
camphor.
caſtor. aâ gr. xv.
M. P. Ruff. dr. ß.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij

m̄.

Sumat ter de die pilulas tres, & qualibet vice bibat vaſculum infuſ. ex ſpec. ſeq.

℞. Hb. rut.
— meliſſ.
— ſerpill. aâ M. j.
conſciſſ. d. uſui.

 Nro. 15.

Nro. 15.

℞. Sapon. venet.
gumm. ammoniac. aâ dr. j.
M. P. Ruffi gr. xL.
myrrh. elect. dr. j.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̄.
f. pilul. gr. iij.

Sumat ter de die tres.

Nro. 16.

℞. Sap. venet.
gumm. ammon.
extr. cicut. aà dr. j.
M. P. Ruff. dr. β.
elixir. proprietat. q. ſ.
m̄.
f. pilul. gr iij.
Uſus, ut ſupra.

Nro. 17.

℞. Gumm. ammon.
— galban.
extr. hyoſciam. aâ dr. j,
caſtor.
camphor. aâ gr. xv.
tinctur. ſuccin. q. ſ.
m̄. f. pilul. gr. iij.

Sumat ter de die tres cum vaſculo infuſ. flor. chamom.

Nro. 18.

Nro. 18.

℞. Extr. hyoſciam. gr. viij.
ſyr. menth. Unc. j.
aq. rut. Unc. viij.
tinctur. caſtor. dr. β.
m̄.
Sumat omni bihorio cochlearia duo.

Nro. 19.

℞. Pulv. fol. aurant. dr. β.
d. pro doſi.
Sumat ter de die unum.

Nro. 20.

℞. Fol. aurant. Unc. j.
conſciſſ. d. uſui.

Nro. 21.

℞. Cort. peruv. ſelectiſſ. Unc. jβ.
conſciſ. coq. ſ. q. aquæ per hor.
dein colatur lib β. adde:
ſachar. alb.
aq. cinnamom. ſimpl. aâ Unc. jβ.
m̄.
Sumat omni hora aut bihorio vaſculum tepide.

Nro. 22.

℞. Limat. mart. n̄. rubig. Unc. ß.
cort. peruv. ſcleĉtiſſ. dr. vj.
— cinnamom.
— winteran. aâ dr. iij.
rad. zedoar. dr. jß.

m̄.

f. pulv. cui affunde vini boni auſtriaci vel alterius ſubacidi generoſi lib. jß.

relinque per 24. horas in digeſtione agitando ſubinde, dein colatur. exhibe.

Sumat omni trihorio cochlear. ij. ſenſim augendo doſim, ſi opus fuerit.

Nro. 23.

℞. Limat. mart. n̄. rubig.
pulv. cort. peruv. aâ Unc. ß.
— myrrh. eleĉt. dr. j.
conſerv. menth. Unc. ij.
ſyr. menth. q. ſ.

m̄.

f. eleĉtuarium.

Sumat omni trihorio magnitudinem nucis moſchatæ & bibat deſuper vaſculum infuſ. ut Nro. 14.

Nro. 24.

℞. Limat. mart. ſubtiliſſ. n̄. rubig. dr. iij.
extr. cort. peruv. dr. ij.
gumm. ammoniac.
myrrh. elect. aâ dr. j.
terebinth. q. ſ.

m̄.

f. pilul. gr. iij.

Sumat tres omni trihorio, & bibat deſuper infuſ. meliſſ. vaſculum.

Nro. 25.

℞. Cremor. tartar. gr. xx.
rad. jalap. gr. xl.

m̄.

ſ. pulvis.

Nro. 26.

℞. Sal. polychreſt. dr. iij.
aq. laxativ. D. V. Unc. iijß.

m̄.

Sumat pro unico hauſtu.

Nro. 27.

Nro. 27.

℞. Fol. ſennæ Unc. ß.
Mann. elect. Unc. jß.
cremor. tartar. dr. ij.
conſciſ. miſt. infund. in aq. ferv. lib. ß.
relinque vaſe clauſo p. ½ hor.
dein colatur. exhibe.
Pro hauſtu.

Nro. 28.

℞. Rhei elect.
Sal. polychreſt. aâ gr. XL.
m̄. f. pulv. p. doſi.

Nro. 29.

℞. Pulv. rad. jalap. gr. L.
mercur. dulc. gr. v.
m̄.
f. pulv. p. doſi.

Nro. 30.

℞. Scammon. gr. xv.
reſin. jalap. gr. v.
mercur. dulc. gr. iij.
ſachar. alb. gr. xx.
m̄.
f. pulv. tenuiſſimus pro doſi.

Nro. 31.

℞. Pulv. rad. jalap. dr. ij.
— cremor. tartar. dr. iij.
pulp. prunor.
roob ſambuc. aâ Unc. ij.

m̄.

Sumat omni bihorio parvum cochleare, donec purgetur.

Nro. 32.

℞. Extr. hyoſciam. dr. j.
f. inde pilul. gr. j.

Sumat ter de die unam, ſenſim augendo doſim ad dr. j. de die.

Nro. 33.

℞. Camphor. dr. iij.
ſpir. vin. rectif. q. ſ.
ut f. pilul. gr. iij.

Sumat ter de die duas, ſenſim augendo doſim, ſi opus eſt.

Nro. 34.

℞. Aſæ fætid.
extr. rad. valer. ſylv. áà dr. j.
aloës pur. dr. β.
tinctur. ſuccin. q. ſ.

m̄.

f. pilul. gr. iij.

Sumat ter de die tres, & bibat deſuper vaſculum infuſ. ſaturat. herb. tanaceti.

Nro. 35.

℞. Pulv. rad. dictamni alb. Unc. j.
ſyr. de pœonia q. ſ.

m̄. f. electuar.

Sumat omni trihorio parvum cochleare.

Nro. 36.

℞. Pulv. rad. valer. ſylv.
— viſci quercin.
— cort. peruv. aà Unc. β.
ſyr. contrajerv. q. ſ.

m̄. f. electuar.

Uſus, ut prioris.

Nro. 37.

℞. Extr. cicut. dr. vj.
— aconit.
Kerm. mineral. aâ dr. jß.

m.

exactiſſime, & f. inde pilul. gr. iij.

Sumat ter de die duas vel tres, & bibat deſuper bina vaſcula infuſi rutæ.

Nro. 38.

℞. Flor. zinci gr. j.
lapid. cancror. gr. x.

m.

f. pulvis tenuiſſimus diu terendo in mortario marmoreo.

Sumat bis vel ter de die unum ſuperbibendo vaſculum infuſi roriſmarini.

Nro. 39.

℞. Tinct. rad. dictam. alb. Unc. ij.
d. uſui.

Sumat bis vel ter quotidie gtt. xx. & bibat deſuper vaſculum infuſi roriſmarini.

Nro. 40.

℞. Acet. antiſept. P. P.
d. uſui.

Nro. 41.

℞. Amygdal. dulc.
ſemin. melon. aâ Unc. j.
camphor. gr. vij.
f. emulſio, & colat. lib. jß. adde:
ſyr. papav. alb. Unc. jß.
m̄.
Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 42.

℞. Aq. rut. Unc. jv.
ſyr. menth. Unc. j.
tinctur. caſtor. gtt. xx.
laud. liq. gtt. xv.
m̄.
Sumat omni quadrante horæ j. aut ij. cohlear.

Nro. 43.

℞. Aq. menth. Unc. vij.
ſyr. menth. Unc. jß.
ſpir. menth. dr. ij.
m̄.
Sumat omni bi- aut trihorio duo cochlear.

Nro. 44.

℞. Aq. meliſſ. Unc. vj.
ſyr. de cinnamom. Unc. j.
liq. anod. min. gtt. xx.
m̄.

Nro. 45.

℞. Rad. valer. ſylv. dr. ij.
conſciſ. infund. ſ. q. aq. fervid.
vaſe clauſo per ½ hor. dein
colatur. lib. ij. adde:
ſyr. cort. aurant. Unc. jß.
m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

Nro. 46.

℞. Camphor. gr. vij.
mucilag. gum. arab. dr. ij.
in mortar. marmor. bene ſubactis adde
miſcendo:
ſyr. ribeſ. Unc. jß.
aq. meliſſ. Unc. vj.
m̄.

Sumat omni hora aut bihorio unum aut duo cochlearia.

Nro. 47.

℞. Camphor. gr. viij.
amygd. dulc.
ſemin. melon. aâ Unc. j.
f. emulſio cum aq. font. dein
colatur. lib. jβ. adde:
ſachar. alb. Unc. j.

m̄.

Sumat omni bihorio vaſculum.

ELENCHUS CAPITUM
TOMI PRIMI.

Pagina.

Introductio — 17
De Febre — 34
— Febre acuta continua — 44
— Febre putrida — 87
— Inflammatione — 102
— Phrenitide — 114
— Inflammatione oculorum — 124
— Inflammatione aurium — 137
— Angina — 137
— Morbis pectoris — 166
— Pleuritide — 167
— Peripneumonia — 189
— Hæmoptoë — 211
— Aſthmate — 231
— Hydrope Thoracis — 250
— Palpitatione cordis — 257
— Tuſſi ſeu catarrho — 269
— Tuſſi convulſiva — 275

		Pagina.
De	Inflammatione diaphragmatis —	288
—	Hepatitide — — — — —	290
—	Gaſtritide — — — — —	300
—	Cardialgia — — — — —	306
—	Nauſea & Vomitu — — —	321
—	Vomitu cruento — — — —	322
—	Dolore inteſtinorum ſeu colica —	332
—	Diarrhæa — — — — —	354
—	Dyſenteria — — — — —	367
—	Nephritide — — — — —	390
—	Febre catarrhali, Arthritide & Rheumatiſmo — — — —	396
—	Variolis — — — — — —	422
—	Inoculatione Variolarum — —	475
—	Morbillis— — — — — —	490
—	Scarlatina — — — — —	506
—	Urtica — — — — — —	507
—	Eryſipelate — — — — —	508
—	Apoplexia — — — — —	535
—	Paralyſi — — — — — —	562
—	Epilepſia— — — — — —	578

ERRATA.

Pag.				Lege
31	linea	19	conſultæ	conſuetæ
32	—	17	Idioſynerafia	Idioſyncraſia
67	—	20	calori	colori
77	—	9	diebus	integris diebus
92	—	9	horida	horrida
94	—	6	ægri	ægris
133	Nro.	16	Unc. ij.	Unc. vj.
139	linea	8	altioris	altiores
154	Nro.	4	dr. x.	gr. x.
175	linea	8	nec	ne
219	—	1	quo	quod
220	—	1	latete	latere
248	—	2	ſeq.	coq.
271	—	6	brave	breve
302	—	22	tamem	tamen
308	—	10	expellenda	expellendæ
310	—	7	flatulentia	flatulenta
313	Nro.	2	unum	cochlear unum
320	—	32	rhæi	Rhei
333	linea	2	impedeiret	impediret
347	Nro.	13	Aquæ fontanæ Unc. x. ad hanc formulam non pertinet & debet omitti.	
372	linea	25	colore	dolore
373	—	25	negli	negligi
377	—	11	minur	plus
379	—	1	occidant	accidant
390	—	2	colore	calore
399	—	7	diophoretica	diaphoretica
406	—	14	multa	multo
431	—	12	illaram	illarum
525	Nro.	11	colat. lib. adde	colat. adde
562	—	39		℞. Emplaſtri de labdan. dr v. Veſicant. dr. iij. m̄.